# Viola anime ꝑ modum dyalogi: inter Raymundũ Sebundiũ: artium: medicine. atq; ſacre theologie ꝓfeſſorem eximium. et dominũ Dominicũ ſeminiuerbium. De hominis natura (ꝓpter quem oĩa facta ſunt) tractans. Ad cognoſcendũ ſe. deum. et hoĩem.

Epygramma.

Multiplices cernis iamiam ſtudioſe libellos
  Quos impreſſorum preſtitit arte labor
Ille tamen noſter nunq; prius vſque repertus
  Et fuerat paucis cognitus ante liber:
Vtilis in primis frugi & breuis ille libellus
  Sub modicis chartis commoda multa tenens
At labor eſt ingens: multos percurrere libros
  Pro multis nobis hic ſatis vnus erit
Eſt opus electum: nomen viola: atq; legenti
  Vtilis: & nullo frigore leſa viret:
Emptor habes animã valeas quo paſcere flore
  E cœlo venit: quicquid odoris habet
O quotiens dices: valeas bene candide dorlant
  Qui primus doctis tradidit auctor opus.

# Mathei Herbeni poete laureati Epygramma ad lectores.

Quiſqꝫ breui cupias artis cũctas ſuperare
Atqꝫ oculo mentis cernere mira dei.
Ire per ambages: ac mille volumina librum
Non opus eſt: nanqꝫ hec perdocet iſte liber.
Ergo ebetant artes: et dogmata philoſophorũ
Ruſticus hic vere doctior eſſe poteſt.
Grammaticus ſolus ſapit hic plus arte: q̄ ille
Qui cunctas alias hac ſine poſſe putat.
Nẽpe docet gradibꝰ q̄bus ardua ſcãdere poſſis
Nature: que ſimul diſcere quid ſit homo:
Nec contẽtus eris: ſi te quoqꝫ noueris ipſe
(Qđ magnum eſt) pariter ducit ad alta dei.
Nec reuocare pedem ſinit ad diuos ꝓperantem
Ni doctus redeat: qui rudis ante fuit.
Hinc tua ꝑpetua merces dorlande manebit
Ingenio cuius voluitur iſte liber.
Extractus magno ſumma ſtudio Raymundi
Theologi ſacri: que ſpacioſa fuit.

Finit Epygramma.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF

# Diſtinctio libri cũ Tabula

¶ Preſens liber qui Viola anime intitulatur: in ſeptem diſtinguitur dyalogos.

¶ Primus tractat de natura hoīs inquantũ hō eſt. ⁊ de his q̄ ſunt neceſſaria hoī ad cognoſcendũ ſeipm. deũ. ⁊ pximum

¶ Secũdus. de beneficijs dei ⁊ hominis obligatione.

¶ Tertius. de amore ⁊ viribus eius. ꝯditionibus ⁊ fructibus Quomodo deũ optimum maximum debeamus amare

¶ Quartus. q̃o debeamus deuꝫ timere. adorare. laudare. honorare. Et qualiter ad hoc obligatur homo

¶ Quintus. de lapſu miſerabilis generis humani. Et ꝙ per vnum hominem omnes cecidimus

¶ Sextus. de reparatione lapſi hominis. ⁊ ꝙ per vnum omnes reſurgimus.

¶ Septimus. de miſterijs ſacre paſſionis domini ieſu chriſti inter Mariam ⁊ Dominicum dyalogus

# Incipit tabula capitulorum.


Prologus in ſex dyalogos exprimẽs ꝙꝫ ſit neceſſarium noſſe que hic deſcribuntur.

Iſagogicum ſiue introductorium in materiam ſequẽtem.


## Capitula primi dyalogi.


Capitulũ pmũ. de ſcala nature p quã hō ſcandit ad ſemetipm

Capitulũ ſcd̃m. Q̃o hō cum rebus ſe inferioribꝫ conueniat.

Capitulũ tertiũ. Q̃o deus hꝫ eſſe. viuere. ſentire. ⁊ ĩtelligere.

Capitulum quartum. Q ſicut homo habet eſſe: ita habet viuere. ſentire. ⁊ intelligere.

Capitulum quintũ. Q deus hꝫ voluntatẽ ⁊ liberũ arbitrium

Capitulum. vi. Q deus de ſua natura deũ pduxerit rationibus aliquantis oſtenditur.

Capitulũ. vij. Q in ſimpliciſſima atqꝫ indiuiſibili vnitate ſumma ſit trinitas perſonarum

Capitulum. viij. Q comparatur homo ad res inferiores triũ graduum penes conueniẽtiam ſpecialem.

# ¶Tabula

## ¶Capitula ſecundi dyalogi.


Capitulum.ix. Hic cōparatur homo ad res ſe inferiores pe/
nes differentiam generalem.

Cap̄.x.practica hui9 regule ad ꝓbandū oīa ꝑfectiſſima de deo

Capitulū.xi. Quō per ſcdaȝ opationem intellectus hō oīa
affirmat vel negat q̄ ſunt homini nccāria inquantū eſt hō

Capitulum.xij. De comparatōe hominis ad res inferiores pe
nes liberum arbitrium ꝑ quod oritur de hoīe ⁊ opibus eius
et de deo vera cognitio.

Caplm.xiij. Q deus p̄miator aut punitor eſt infinite ſapiētie.
potētie.iuſticie: ⁊ miſcdie. ⁊ vn9 eſt tm̄ p̄miator ac vltor de9

Caplm.xiiij. Sicut ex natura liberi arbitrij ꝯgnoſcitur qd de
deo ſentiendū ſit.ita ⁊ ꝑ liberꝫ arbitriū ꝯgnoſci pn̄t q̄ hoīs ſit

Capitulū.xv. Quō homo differat a rebus ſe inferioribus pe/
nes cognoſcere ſe habere.⁊ hec eſt ſpecialior differētia.

Capitulū.xvi. Quomodo oīa ſeruiūt anime humane.⁊ de ma
gnitudine obligationis.

Capitulū.xvij. Quō homo etiam obligatus eſt deo ꝓ his que
accepit in ſeipſo.

Ca.xviij. De magnitudine obligatōis ex pte dātis ⁊ recipiētis

Capitulum.xix. Quid hō refundere tenetur ꝓ acceptis bene/
ficijs: ſuum ſcȝ amorem.

Capitulum.xx. Q debitum amoris quod hō reddit creatori
ad hominis meritum ⁊ commodum reuertitur

Capitulū.xxi. Q homo obligatur amare etiā omnem creatu
ram ⁊ precipue dei imaginem


## ¶Capitula tertij dyalogi.


Capitulū.xxij. De conditōibus ⁊ ꝓprietatibus amoris.

Capitulū.xxiij. Q amor tantū ſe dilatat vel amplificat quāto
ſe amplificat res primo amata.

Capitulū.xxiiij. Q tm̄ due ſunt res principaliter amate: ⁊ ini/
micicia earum ad inuicem.

Capitulum.xxv. De finali fructu qui naſcit ex his duob amo
ribus.⁊ de gaudij proprietatibus

## Capitulorum

Capitulū.xxvi. De vltimo gaudio quod poſt mortez erit. ꝛ de amore dei ꝛ ſalute proximi
Capitulū.xxvij. De fructu q̄ naſcit̄ ex amore ꝓprio ꝛ ꝓprietatibus eius. ꝛ h̄ fructus acerbiſſim⁹ eſt. ꝛ de ꝓprietatibꝫ gaudij
Capitulū.xxviij. De finali fructu qui naſcit̄ poſt hāc vitam. de amore ſui ſcȝ eterna triſticia. (mali
Capitulū.xxix. Q deus creator: ꝛ ipſe om̄es creature: corpus quoqȝ ip̄m animam miſeram perſequuntur.
Capitulū.xxx. Q ſicut homo obligat̄ ad amorem ita etiaȝ ad odiū. ꝛ de odij proprietatibus.
Capitulū.xxxi. Q ſunt duo prima odia ſicut duo primi amores. et de odiorum fructibus.

## Capitula quarti dyalogi

Capitulū.xxxij. Sequūtur alia quedam debita vltra amorē que homo tenetur reddere creatori ſuo
Capitulū.xxxiij. Q vnūquodqȝ debitū habet ꝑ ſe ꝓpriā rationem ſpecialem quare debeat deo dari.
Capitulū.xxxiiij. De timore ꝛ de duplici timore ꝛ eorum conditionibus ꝛ fructibus.
Capitulū.xxxv. De honore ꝛ ꝙ omnia deus fecit ꝓpter ſuum honorem ꝛ hoīs vtilitatē. Et valde pulcre cōſideratōes oriunt̄ ex eo ꝙ deus fecit omnia ad ſuum honorem
Capl'm.xxxvi. Q; deus ſicut ꝓpter ſuū honorē ita ꝛ ꝓpter ſuū nomē oīa oꝑatur
Capitulum.xxxvij. De obligatione hominis erga honorē ꝛ laudem ꝛ nomen dei
Capitulū.xxxviij. Q honor proprius eſt dei honori contrarius ꝛ capitalis inimicus.
Capitulū.xxxix. Q homo obligatur ex parte honoris dei credere omnibus verbis eius ꝛ ea honorare
Capitulū.xl. De ꝓprietatibus verbi dei. ꝛ qualiter ſe hō gerere debet circa ſanctam bibliam
Capitulū.xli. Comparatio verbi dei ad creaturas. ꝛ v̄bo dei affectus paſcitur ꝛ intellectus.
Capl'm.xlij. Agit̄ de tertia natura creata q̄ ſine corꝑe ꝯſiſtens tota ſpūalis ē Et de bn̄ficijs nob̄ exhibitis ꝛ obſeq̄is āgeloꝝ.

# Tabula

## Capitula quinti dyalogi.

Capitulum.xliij An talis ſit homo qualis eſſe debet. ⁊ an facit quod facere tenetur.
Capitulū.xliiij. Q homo poteſt conſiderare corruptiōem ſuam per res externas in ſe corruptas.
Capitulū.xlv. Q lapſus ⁊ corruptio hominis p̄t attendi ex ꝑte iuris paternitatis ⁊ filiationis.
Capitulum.xlvi. Q etiam lapſus hominis poteſt oſtēdi ex ꝑte iuris fraternitatis.
Capitulū.xlvij. Q dominus deus non condidit hominē in iſto ſtatu in quo nunc lapſus iacet.
Capitulum.xlviij. Qualis erat ſtatus hominis primus. ⁊ q̄s habebat conditiones.
Capitulum.xlix. De origine corruptiōis ⁊ mali quod eſt in natura humana.
Caplm.l. Q ꝑ primū virū ⁊ primā mulierē ꝓpter eorū inobedientiā h̄ malū culpe ⁊ pene in oē hoīm genus intromiſſuȝ ē
Capitulū.li. Q hō nūq̄ȝ dei p̄cepta fregiſſet niſi fuiſſet ab alio inſtigatus. Et q̄uo natura angelica primū ſit corrupta
Capitulū.lij. De magnitudine malicie ⁊ corruptōis in primo angelo: ⁊ malo eius culpe ⁊ pene
Capitulū.liij. Qualiter homines incorporātur cum lucifero et fiunt membra eius.
Capitulum.liiij. De multiplici carcere ⁊ captiuitate lapſi hominis.
Capitulū.lv. Q corruptio liberi arbitrij ⁊ ipius carnis cōtrario modo ſe habet in primis parentibus ⁊ in poſteris

## Capitula ſexti dyalogi

Capitulū.lvi. Qualis ⁊ q̄ȝ magna ſit hoīs obligatio ꝓ iniuria et offenſa dei. Et q̄ȝ graue ſit pctm̄ originale ade
Capitulū.lvij. Q homo indiget ſatiſfactione infinita que ſolui non poteſt niſi per infinitam ꝑſonam.
Capitulum.lviij. De conditionibꝰ quas oportet habere hanc ꝑſonam infinitam pro noſtra ſatiſfactione.

Capitulum.lix. Qualiter homo iſte poterit occidi ad dei ho/ norem. ꝛ quis eum occidet.
Capitulũ.lx. De conditõibus et circũſtantijs quas hec mors precioſa eſt habitura
Capitulum.lxi. Declaratio ꝙ rõnabiliter ſeq̃tur ſaluatio hu/ mane nature per hãc mortem. ꝛ quomodo mors chriſti om/ nem culpam exterminat.
Capitulum.lxij. Qualiter vir iſte ſe habebit poſt mortem ad ſeipm̃ ꝛ ad omnes creaturas.
Capitulũ.lxiij. Q̄ deus volet hominem ligari. et ꝙ ieſus chri/ ſtus ipſe ſit iſte homo
Capitulũ.lxiiij. Que ſunt illa maxima dona que homo miſera bilis recipit a ieſu chriſto
Capitulũ.lxv. Q̄ iſta gratia eſt totũ bene eſſe hominis: ꝛ eius carentia malum eſſe eius.
Capitulũ.lxvi. Q̄ in homine chriſtiano ſunt tres generatio/ nes ꝛ tres fraternitates diſtincte.
Capitulum.lxvij. Q̄ mors chriſti vnde homini gratia confer tur ꝛ bene eſſe generat in homine chriſtiano vnaʒ nouã obli gatõem. Et qualiter ſolui poteſt iſta obligatio
Capl'm.lxviij. Q̄ licet homo lapſus reparet quantũ ad bene eſſe anime. manet tamẽ malum pene in corpore.
Capitulũ.lxix. Quibus formis aut medijs chriſtianus acci/ pit bene eſſe a chriſto ¶ Hic incipit materia de ſeptem ec/ cleſie ſacramentis.
Capitulum.lxx. Quomodo ꝑ primũ ſacramentũ ſcʒ baptiſmi datur anime humane bene eſſe
Capitulum.lxxi. De ſcđo ſacramẽto. ꝙ ꝑ ſacramentũ confir/ matõis datur etiã bene eſſe anime humane
Capitulũ.lxxij. De tertio ſacramẽto. ꝙ ꝑ ſacramentũ euchari ſtie ſupra modũ bene eſſe ꝛ multiplex gratia donatur
Capitulum.lxxiij. Q̄ caro chriſti eſt penitus contraria corru pte carni primi hominis.
Capitulũ.lxxiiij. Declaratio ꝑ exempla quõ vnum corpus xp̃i numero poſſit ſimul ꝛ ſemel eſſe in pluribus locis
Capitulum.lxxv. De quarto ſacramẽto ſcʒ penitẽtie: ꝑ quam

lapſus a chriſti gratia chriſtianus reparatur ⁊ bn̄ eſſe ei reſti
tuitur. Et condicōes vere penitentis.
Capitulū.lxxvi. Qꝛ homo chriſtianus multo periculoſius ca
dit poſt acceptam chriſti gratiā q̄ȝ ante.
Capitulum.lxxvij. Qꝛ ſicut baptiſmus dimittit reliquias pri/
mi lapſus in carne. ita penitētia relinquit reliquias ſecūdi la/
pſus in anima. ⁊ quomodo expiantur.
Capitulum.lxxviij. Que ſunt illa que poſſunt inducere homi
nem lapſum ad penitentiam
Capitulum.lxxix. De quinto ſacramento quod eſt extrema vn
ctio ꝑ quam datur homini bene eſſe ⁊ gratia
Capituluȝ.lxxx. Sextū ſacramentū eſt ordo ꝑ quod caracter
imꝓmitur ſpūalis poteſtatis ſacramēta ſalutis miniſtrandi.
Capitulū.lxxxi. Qꝛ ſacramentū ordinis ꝑncipaliter reſpicit et
ordinatur ad ſacramentum euchariſtie.
Capitulum.lxxxij. De ſeptimo ſacramento quod eſt matrimo
nium ꝑ quod datur bene eſſe ⁊ gratia. ⁊ remedia contra pec/
catum. ⁊ ꝓpter duas cauſas deus matrimonium inſtituit
Caplm̄.lxxxiij. De vniuerſali iudicio: ⁊ oſtendit̄ de neceſſitate
venturum: cuȝ generali corporum reſurrectione. ⁊ hoc ꝓbat
diuerſis rationibus.
Caplm̄.lxxxiiij. Qꝛ generale iudiciū oīm corꝑm mortuoꝝ vni
uerſalē ꝑrequirit reſurrectōem. ⁊ q̄li corꝑe mortui reſurgent
Capitulū.lxxxv. Qȝ iudiciū generale futurū ſit poteſt probari
ratione honoris. potentie. ⁊ ſapientie dei.
Capitulum.lxxxvi. ⁊ vltimū. De excellentia huius diei pre ce/
teris diebus. ⁊ de finali retributione.

¶ Explicit tabula capitulorum.

# Prologus in dyalogos ſequentes: exprimens ꝙ neceſſarium ſit noſſe que hic ſcribuntur.

Nota vtilita/ tem magnā in lcōe hui⁹ libri

HUc queſo lector: huc oculos animūꝙ̄ cōuerte.
de reb⁹ eñ magnis loquuturus ſum. Hic doce
beris quā debeas de te noſſe ſciam. Hic diſces
quicūꝙ̄ hō rōnalis es quid ipſe ſis. q̇d tibi. quid
deo: q̇d ꝓprimo debeas. Hic diſces tuū laudare
opificē. diligere. honorare. metuere. revereri. teipm aūt deſpi/
cere. ⁊ ꝓpriū amorē. laudē. fauorēꝙ̄ acriter aſpernari. Hic di/
ſces oēm de deo ⁊ de hoīe veritatē. et que tibi nccāria ſunt ad
oēm ꝑfectionē vt apphendas verā vitā. Hic diſces q̇cquid in
ſacra ſcriptura diffuſe ꝑcipitur: ⁊ diſcuſſo ignorātie nubilo lu
cedarius cūcta pateſcēt. Hic diſces oēs que de deo: deꝙ̄ ho
mine formari poterūt diſſoluere q̄ſtiones. Hic agnoſces oēs
errores: ſectas: ⁊ opiniones phoꝝ. paganoꝝ. hereticorū. ⁊ q̇c
quid ſane fidei ꝯtrariū eſt facile dephendes. Hic tibi q̇cquid
ſparſim in ſacris doctoꝝ libris diſputatū eſt collectū oppādi/
tur. Hic diſces a quo ⁊ ꝓpter q̇d factus ſis. qd bonū quodue
ſit malū tuū. q̇d obligaris. cui. ⁊ ꝓpter q̇d obligatus ſis. Hic
diſces agnoſcere ruinā. corruptionē. cladē. miſeriā. ⁊ damna/
tionē generis humani. ⁊ vñ hec mala oīa pullularint. Hic di
ſces quid hō in ꝑma conditiōe fuerit. vñ ceciderit. quo iuerit.
in quos latrones inciderit. q̄s plagas ſuſceperit. ⁊ q̄ꝫ longe a
ꝑma ꝑfectione exularit. ⁊ quib⁹ tandē remedijs: ⁊ cuius miſe/
ratōe repatus ſit. Hic diſces oēm humilitatē. obedientiā. be
nignitatē. iuſticiā. charitatē. veritatē. Hic aſpnaberis omnē
arrogantiā. ſupbiam. inuidiā. ⁊ quicq̇d virtutis eſt et gr̄e cōſe
q̄ris. Hec tibi magis cognitu ſunt nccāria q̄ꝫ ſi noſces ſiderū
curſus. herbarū vires. ⁊ quicq̇d aut poeta aut rhetor inſtruit
aut phs. Vana eſt eñ oīs induſtria que nō innitit̃ ſcientie dei
Hec ſcia argumēta affert ſolidiſſima quib⁹ p̄t cōtradicere ne/
mo. arguit eñ ꝑ ea que ſunt cūctis certiſſima. vt ſunt hō cete/
reꝙ̄ creature. atꝙ̄ ideo hec ſcia nō alios teſtes exigit p̄ter ho/
minē qui hec norit. Nec te ſcandaliſet rogo ꝙ a reb⁹ infimis ⁊
humilib⁹ exordiū ſumit. hec eñ humilia ad ſumma te faſtidia

# Prologus et introductio

ſubleuabūt. Quāto nempe in imo foderis fundamentū tanto celſiora culmina poteris ſublimare Nā principia huius artis res ſunt q̄ ⁊ palpari ⁊ cerni pn̄t: que quāto ſunt viliora tāto ſtꝫ firmiora ad id qd̄ ꝓbare cōtendimus. Scripturas ſacras facile q̄s impia interp̄tatione ſubruere p̄t. ſed nemo eſt tā execrādi dogmatis hereticus q̄ nature librū falſificare poſſit: in quo manifeſtis obtutibꝫ om̄ia ꝓpalantur. Pronus igit̄ mi ſuauiſſime lector iſtuc acceſſeris: animi tui lucra maxima reportaturus Nunq̄ꝫ te liber iſte dimittat donec in gemitū lachrimaſqꝫ ſoluaris: ⁊ ſcelerū tuoꝝ te peniteat. Ac ſi tā dura p̄cordia poſſederis vt īgemiſcere ac dolere nō poſſis: iam acriter ꝑtimeſce quia cor durū male habebit in nouiſſimis ¶ Finit prologus.

## ¶ Inter magiſtrū Raymūdum Sebundium: ⁊ dominū Dominicū ſeminiuerbiū: de natura hominis inquantū hō eſt. ⁊ de hijs q̄ ſunt neccāria homini ad cognoſcendū ſeipm̄. deū. ⁊ ꝓximum. ⁊ oē debitū quo deo obligatur ⁊ ꝓximo: diſputatio incipit feliciter.

## Iſagogicū ſeu introductorium in materiam ſubſequentem.

¶ Raymundus

Unde nunc venis mi dominice: et quorſum ſub hoc diluculo maturas iter ¶ Dominicus Huc ad te ꝓpero. te q̄ro. te deſidero mi raymūde ſuauiſſime ¶ Raymūdus Gratiſſimꝰ mihi hoſpes aduenisti: neqꝫ em̄ inter mortales quiſpiam eſt quē iocūdius exceperim Sed q̄ſo te quid añ ortum ſolis ocius ſurrexiſti. rem certe grandē aliquam meditaris ¶ Dominicus. Heſterno ſero cū eſſem in gymnaſio tholozano: poſt varias q̄ſtiones explicitas audiui illic a narrantibꝫ hijs diebꝫ (q̄bus ꝓ cōi vtilitate abſens fui) mirabilem te oībus coram diſputatōem habuiſſe: qua ſanctiorē vtilioremve nemo ſe vnq̄ꝫ aſſerit audiſſe: tanteqꝫ fuiſſe virtutis vt nō illum vllatenus arbitrent̄ hoīem: neqꝫ ſpem habere ſalutis qui ea nō fuerit a vicijs ad iuſticiam permutatus ¶ Raymūdus. Multū mihi hoīes tribuūt: ſed ipi viderint qua id faciant rōne. ego fructum inge

# in materiam ſequentē.

nij mei domino dedicaui. ¶ Dominicus. Juſtiſſime id facis
Sed obſecro te (hac em̄ cauſa tam mane in tuū hunc agrū fe
ſtinus deſcēdi) vt mihi que illic a te diſputata ſunt ſcriptis co
ram exhibeas ¶ Raymūdus. Scripta eſt fateor diſputatio il
la: ſed hey mi dominice Aurelius ſulpicius amicus noſter (iā
ferme mēſis eſt) librū illuz vt ſibi deſcriberet aſportauit Quid
igit̄ tibi nunc faciam ¶ Dominicus. Nūquid tu me vacuum
patieris abire. nūquid ideo ſine doctrina es: aut induſtriā om
nē ꝑdidiſti quia liber ille a te dimiſſus eſt ¶ Raymūdus Sed
quid tibi vis faciā. ¶ Dominicus. Certe vt videā. aperi mihi
lumen ingenij tui ⁊ illā ſapientiā qua librum illum dei munere
condidiſti: rurſum queſo mihi clemēs aperias. Nihil tibi ob-
fuerit immo ꝓderit multū ſi rem tam ſalutiferā etiā ſepties re-
ſumpſeris. Preſtare etiam debes hoc amico tuo quē tua dig-
natōe ſemꝑ ex animo charū habuiſti: ⁊ in petitiōe tam nccāria
non fatigari. ¶ Raymundus En pareo libens votis tuis: et
triū dierum diſputatōi me promptū exhibeo. Dum igit̄ mate
riam a fundamētis exordior tu diligenter aſpicito ⁊ ſapienter
interrogato ¶ Dominicus. Faciam quod hortaris. ¶ Ray
mūdus. Animus humanus circa inquiſitōem veritatis occu
patus nunq̄ʒ aū quieſcit donec ad vltimū venerit certitudinis
gradū. Virtus aūt certitudinis ex firmitate teſtimoniorū ſeu
teſtium generat̄. qui quāto fuerint magis manifeſti: lucidi: pro
pinqui: tāto certiorē fidem credulitatēq; ꝯſtituūt. Verū quia
nulla res eſt magis nota: propinq̄. intrinſeca alteri q̄ʒ ipa ſibi
ideo q̄cquid ꝑ propriā ipſius rei naturā oſtendimus: id ſolidiſ
ſimū: id veriſſimū eſt. Et idcirco omne quod de hoīe monſtra
turi nūc ſumus ꝑ ipſius hoīs naturā: maximā dictis noſtris fi
dem faciēt. Sed qm̄ hō longiſſime exijt a ſemetipō: nec iā ha
bitat in natiua domo: ac ꝑ hoc nec ſui meminit: nec ſe cogno-
ſcit: nec q̄ʒ ſit nobilis ⁊ ingenua creatura intelligit. ideo omni
no nccāriū eſt vt ꝑ res inferiores q̄ extra cognoſcit ad ſui cog
nitiōem reuocet̄. Vt ḡ ad ſe poſſit aſcēdere: ſcala triū graduū
opus hʒ: q̄s dū ſcādere hoc ē agnoſcere incipit: īcipit ⁊ agnoſ-
cere ſemetipʒ. id ei ſummopē ē illi nccāriū Huiꝰ ꝟo ſcale ḡdus
adeo ſolidi ſūt ⁊ robuſti vt ſcādēs titubare nō poſſit aut cadere

## Dyalogus Primus

Uolens igitur hō ad ſeipm̄ introire ꝑmo ꝯſideret rerū creata
rū ordinē inter ſe. Sc̄do ꝯparet hoīem ad ceteras res penes
cōuenientiā ⁊ drñam earundē. Tertio ꝑ hanc compationem
aſcendat hō ad ſeipm̄. ⁊ a ſeipo ad oīm conditorē deū. Tu igi
tur mi dominice ſi cupis in hijs ꝙ dicturus ſum ꝓficere: hanc
ſcalā diligenter aſpicito ¶ Dominicus. En ꝑparo tibi cordis
oculos. tu mihi hanc ſcalā ocius expone. Finit yſagogicū.

## ¶ Hic incipit ſcala nature per quā homo ſcandit ad ſemetipſum

¶ Capitulū primum.

RAymūdus. Diſputatōis igitur noſtre hoc ſit exordium.
Entiū: quedā ſunt que hn̄t eſſe tm̄. ſunt que hn̄t eſſe ⁊ vi/
uere. ſunt que hn̄t eſſe viuere ⁊ ſentire. ſunt poſtremo ꝙ habēt
eſſe viuere ſentire ⁊ intelligere. Hec eſt ſcala nature que oē in
ſe ens manifeſte ꝯplectiꝰ Dominicus. Uideo ſcalā iſtā. ſed
quorſum ꝑ eam me iubes aſcēdere. ¶ Raymūdus. Dicā tibi
ſed expecta parumꝑ donec hos ſcale gradus ꝗternos in ſuas
ꝑtes breui ſermone diſtinxero. ¶ Dominicus. En ſiſto pedē
tu vero ꝓgredere ¶ Raymūdus. Earū rerꝫ que habēt eſſe tm̄
multiformis drña eſt. Nā etſi in hoc vno ꝯueniant ꝙ hn̄t eſſe
recipiūt tn̄ hoc eſſe: iſta quidē clarius: iſta vero obſcurius. In
ter elemēta em̄ aqua dignior eſt terra. ⁊ ignis ſupra aquā ⁊ ae
rem multo ꝑclarior. Iſte gradus ꝯplectiꝰ cuncta que generā/
tur in viſceribꝰ terre. vt ſunt mineralia ⁊ metalla oīa. argen
tū viuū. plumbū. ferrū. cuprū. ſtannū. argentū. ⁊ aurū. Quid
autem horum ſit altero ꝑſtantius facile eſt aduertere. In hoc
gradu eſt laſurium quod aurum precio ſuperat. ſulphur. ſalpe
tra. ſalgēma ⁊ cūcti lapides ꝑcioſi: vt ſunt carbūculus. hiacin
tus. ſmaragdus. ametiſtus. thopaſius. corallus Hij oēs ma
gni ſunt ꝑcij: magne pulcritudinis ⁊ ꝟtutis. In hoc ꝑterea ḡ
du ſunt oēs celi: oīa corpa celeſtia: oēs ſphere: ſidera: ⁊ ſepte
na planetarꝫ lumina. Artificialia quoqꝫ ad iſtū referunꝰ gra/
dū: que etſi inter ſe de nobilitate ꝯpugnent: in hoc tn̄ cūcta cō
ueniūt ꝙ eſſe tm̄ hn̄t ⁊ nō viuere ¶ Dominicus. Cū volupta
te te capio diſputantē: verū ad ſcōm gradū ꝓficiſcere ¶ Ray/
mūdus. In ſecūdo gradu ſunt illa oīa que ſolū hn̄t eſſe ⁊ viuē

# Capitulum Primum

re. cuiuſmodi ſunt om̄es plante: arbores ⁊ herbe. He nempe
vitam ſuā oculis noſtris inſinuāt: dū videmus eas ſurſum de
orſum: an̄ ⁊ retro ad dexteram ſiniſtrāqꝫ moueri. Attrahunt e
terra ſuū vnde ſe nutriūt alimentū: creſcūt: augmentant̄. ⁊ flo
res. frondes. fructus. ſeminaqꝫ ꝓducunt. Habent en̄ intra ſe
virtutem quandā qua facile iſta ꝑficiant. Sub iſto gradu in/
numerabiles ponunt̄ arboꝝ ⁊ herbaruꝫ ſpecies: quaꝝ inter ſe
fructus. ſapores: odores: virtutes: coloreſqꝫ longiſſime ſepa/
rant̄. Omnibꝰ vna viuēdi rō: ſed nobilitas dignitaſqꝫ nō vna
¶ Dominicus Si fuerit quiſpiā qui dignet̄ aduertere: facile
que dicis aſpiciet ¶ Raymundus. Porro in tertio gradu ani
mātia cuncta recipimus: quibꝰ eſſe ⁊ viuere ⁊ ſentire indultuꝫ
eſt Ad ſenſum en̄ viſus req̄ritur ⁊ auditus: guſtus: odoratus
et tactus. Ad iſtū graduꝫ referunt̄ cuncta q̄ mouent̄ in terris
vel in aquis. vel q̄ in liquido aere ꝑuolitant. Cōſidera nūc ro
go q̄nta ſit inter q̄drupedes: piſces: volucreſqꝫ diſtātia Nam
ſicut genus a genere: ita ⁊ a ſpeciebꝰ ſpēs ſeparant̄. In aīalibꝰ
aūt tres gradus inuenies. Sūt en̄ quedā que hn̄t ſenſum ta
ctus: ſed neqꝫ auditū habēt neqꝫ memoriā. vt ſunt cōchilia et
minuta aīalia arboꝝ ⁊ herbaꝝ affixa radicibꝰ. Et iſte primus
eſt atqꝫ infimus gradus. Hec aīalia quia memoriaꝫ nō habēt
ideo nullā habēt prudentiā: nec ſe de loco ad locū poſſunt pro
mouere. Quedā vero ſenſum hn̄t tactus ⁊ memoriā: ſed audi
tu priuant̄: vt ſunt formice ⁊ huiuſce generis animātia: q̄bus
memoria eſt ⁊ ꝓuidentia ⁊ motus localis. congregāt en̄ in ci
bū frumentoꝝ grana ne hiemis tpe fame pereant. Et hec aīa
lia ſunt p̄mis nobiliora: cū illa ſint plātis ꝓpinquiſſima. Que
dam preterea ſunt que habēt ſenſum tactus: memoriā: et audi
tum: vt ꝑfecta queqꝫ animalia cuiuſmōi eſt canis: bos: leo: ca/
pra. Et iſte eſt tertius animalium gradus. qui ideo eſt duobꝰ
primis nobilior: quia a plantis eſt multo diſtantior. Nunc ſi
placet hos quos tibi nature gradus conſtitui ocius aſcende.
et in quod ſublime te culmen promouerim facile dep̄hendes.
¶ Dominicus. Ecce vt iuſſiſti conſcendi. et quartum huius
ſcale gradum quem tu nondum ꝓſequutus es celeri calco pe/
de. Nam in quarto gradu meipm̄: hoc eſt hominē conſtituo

Nota hic tri/
plicē animali/
um differētiā.

# Dyalogus Primus

cui preter viuere et ſentire ſubeſt etiam intelligere: diſcernere velle ⁊ nolle libere. Solo eñ libero arbitrio aſcendit homo ſupra cetera animãtia: qui poteſt iudicare: ratiocinari ⁊ ſuſce/ptibilis fieri experiẽtie. artis. ſcientie. atq; doctrine. Hoc modo completa cum ſuis gradibꝫ nature ſcala cõficitur. ¶ Raymundus. Recte tu quidem. Nũc vero in ſummum huius ſcale cacumen conſtitutus oculos queſo vndiq; circũfer. ⁊ intentiſſimo corde conſidera quam habeat homo cum rebus ſe in/ferioribꝫ ꝯuenientiam ⁊ quam teneat diſcrepantiam ¶ Do/minicus. En facio quod hortaris. tu tamen quo reſpiciendū ſit oſtendito.

## ¶ Quõ homo cum rebus ſe iferioribus conueniat.

¶ Capitulum ſecundum

RAymũdus. Si vigilanti oculo conſideres quam cõue/nientiam hab; homo cum rebus trium inferiorum gra/duum naturam ⁊ dignitatem hominis perſpicue cognoſces et ſupra hominem deum hominis conditorem intelliges. vi/debiſq; dñm innixum ſcale ⁊ ad ipm poteris feſtinus aſcẽdere Dico ergo breuiter. homo conuenit cum rebus inferiorum graduum. quia habet eſſe cum elementis. viuere cum plantis ſentire cum animalibus. Complectitur eñ in ſe homo omnes perfectiones inferiorum entium. Nam ⁊ viuit. ⁊ nutritur. ⁊ cõ ſeruatur ab elements. Conuenit etiam cũ rebus ſecundi gra/dus. nam ſicut arbores ⁊ herbe viuunt nutriuntur creſcunt ⁊ gignũt. ſic ⁊ homo. Pari modo etiam conuenit cum rebꝫ tertij gradus cum quibus et ſentit. videt. audit. ſapit. odorat̃. et tangit. ¶ Dominicus. Facile hanc ego cõuenientiam ani/maduerto. hoc tñ ad magnã redundat hoĩs dignitatẽ. q̄ eas ꝑfectiones quas res hñt inferiores diuiſim: hõ poſſidet cõiunctim. Oĩa eñ in ſe cõtinet q̄ in rez natura bona ſunt. nec aliquid pt ſibi ꝑfectõis adiũgi. Sz rogo te vt ex hac rerum om/niũ ꝯuenientia deũ mihi ad oculũ demõſtres ¶ Raymũdus Facile (vt credo) mihi cõcedis. res horũ quattuor graduũ ſuas eſſentias ſuas etiã ꝑfectiones a ſemetipis nullatenus poſſidere ¶ Dominicus. Adm[illegible]to equidẽ. nulle etenĩ res ſeipſas

# Capitulum Secūdum

aut ꝓducere poſſunt: aut ꝑfectionis aliquid tribuere // Ray/
mūdus. Fatearis ergo neccē eſt vnū eſſe ſupremū opificē qui ꝛ  Nꝫ ex cōueniē
hoīem ipm̄: ꝛ cuncta que ſub hoīe ſunt potēti manu cōſtituit.  tia rer̄ ad inui
Omnia em̄ ab ipo producta: om̄ia ꝯmēſurata ꝛ limitata ſunt  cem deus cōdi
om̄ia in numero: pondere: ꝛ menſura confecta. Unus cōdi/  toꝛ demōſtrat̄
toꝛ princeps qui ꝓducta oīa oꝛdinauit. vnus qui vnūquodqꝫ
in ſuo gradu cōſtituit. vnus q̄ hos gradus ſtabiliuit et certis
vallauit limitibus. Hic talis ac tantus conditoꝛ deus eſt ſub
limis. potens terribilis. ꝛ nō eſtimabitur alius ad illum. Si
me iuncto pede ſecutus es deum ſupra hominem inueniſti. ad
deum ꝑ hos gradus aſcēdiſti: ꝛ quomodo huic ſcale innixus
ſit luceclarius aſpexiſti // Dominicus Aſpexi fateoꝛ: ꝛ tue do
ctiſſime demonſtrationi gratias habeo // Raymundus. Eſt
tamen ꝛ aliud quiddam qd̄ ex hac ſcala poteris intueri // Do
minicus. Quodnam illud queſo. // Raymūdus. Rerum om  Nꝫ tm̄ vnus
nium vnū tm̄ eſſe conditorē ꝛ gubernatorem deū. qd̄ quidem  eſt deus
ex hijs q̄ iam diximus facile demonſtrat̄. Licet em̄ in hijs q̄t
tuoꝛ gradibus ſint plures ꝛ innumerabiles res inter ſe admo
dum diuerſe: nō eſt tamē niſi vnus oꝛdo inter eas ꝛ ad vnum
aliquid referuntur. Aſcendunt em̄ de gradu in gradum: ꝛ ad
id quod dignius cuncta contendunt. Uidemus em̄ quoniaꝫ
elementa plantas ſubintrant ꝛ nutriūt ꝛ fructiferas reddunt.
Fructus vero fruges ꝛ herbe intrant animalia ꝛ ea nutriunt
Carnes autem animalium hominē cibant ꝛ ad incrementa ꝓ
ducunt. Coꝛpoꝛa quoqꝫ celeſtia vt ſol ꝛ luna continue influūt
in iſta inferioꝛa ꝛ miniſtrant eis vigoꝛē: caloꝛem: ꝛ lumē Quia
ergo vnus eſt omnium oꝛdo: vnus eſt etiam omnium oꝛdina
toꝛ: moderatoꝛ vnus ꝛ artifex: qui tam diuerſa vno oꝛdine ſo/
ciauit. // Dominicus. Libens aſſentioꝛ. Nam ꝛ elemento/
rum contrarie qualitates nunq̄ꝫ poſſent vno oꝛdine ad inui/
cem pacifice ſociari. niſi eſſet vnus ſolus moderatoꝛ qui om/
nia oꝛdinaret. Uideo preterea innumerabiles rerum natu/
ras ad vnam ſolam tendere naturam ſpecificam hominis vt
eam in eſſe conſeruent. Currunt ergo omnia ad vnitatem. ad
bonitatem. ad foꝛtitudinem. ad conſeruationem. Ex hijs col
ligo humanā naturā tēdere debere ad vnā ſolā naturā ſibi ſu

periorem ⁊ dominātem. cui debet miniſtrare: colere: inherere
Vna ergo ⁊ ſola eſt ſupra hoīem natura: quam deum et dña/
torem ⁊ rex principē noīamus ¶ Raymundus Probe me in
telligis. Sed hunc rex omniū principē deū non vnū eſſe ſpe/
Q; deus eſt vnū numero
cie: ſed vnū numero necē eſt vt agnoueris ¶ Dominicus. Ve
hemēter aſſentior Decet em̄ eā naturā que ſupra hoīem eſt nō
ſolū vnā eſſe: immo magis vnā q̄z ſit humana natura. Sed in
humana natura reperitur vnitas ſpecifica. ergo diuina natura
eſt in indiuiduo vna. aliter nō eēt magis vna q̄z ſit humana na
tura. Reſtat igitur hoc inferendū. q̄ ſicut oēs nature triū gra
duū inferiorum cū humana natura colligant: ita humana natu/
ra (que eſt vna ſola ſpecie) colligata eſt cuidā ſuperiori nature
que tota eſt vna numero. Et ſic mūdus totus in vnum colle/
ctus finitur ⁊ ꝯſummat in ſumma ac ſimplici vnitate: q̄ nulla
Q; impoſſibile eſt eſſe plures deos.
poteſt maior eſtimari. Nō eſt igit niſi vnus ſolus deus ⁊ in ſim
plici indiuiduo vnū numero ¶ Raymūdus. Luculenta aſſer
tio tua. efficacior tñ erit ſi affirmes nō ſolū vnū deum eē. ſed et
impoſſibile eſſe plures deos. qd̄ tali oſtenditur ratiōe. Si em̄
eēnt plures: aut eēnt inter ſe ꝯtrarij aut amici. Si ꝯtrarij nul
la rōne rex ordo ad vnitatē conflueret nec diu pacificus ꝑdu
raret. Si vero inter ſe fuerint amici: aut ſunt ſibi mutuo neccā
rij: aut vnus ſufficit ſibi. Si dixeris eos ſibi neceſſarios vt al
terius ope alter indigeat: tunc ꝑ ſe quiſq; eſt impotens: imbe/
cillis: inſcius: ignauus. et ſic nulla poterit eſſe rerum creatio:
nec moderatio. ſed nec conſeruatio quidem. Si vero vnus ꝑ
om̄ia ſibi ſufficit: ſuꝑfluum eſt igitur alterum ponere. Sz nec
rerum natura id vllatenus admittit. Non em̄ opus eſt gemi/
no ſole: neq; vt homo duo capita habeat cū vnum ſibi ſuffici/
Q; deus eſt actu infinitus
at ¶ Dominicus. Concipio rōnem ¶ Raymūdus. Concipi
as etiam neceſſe eſt hunc deum actu eſſe infinitum. Si em̄ hu
mana natura eſt infinita poſſibilitate: quia quantum ad ſe at/
tinet multiplicabilis eſt in infinitum. mare em̄ exiſtente et fe/
mina nihil obſtat quin tertius generetur. Ignis quoq; ſi ap/
ponas combuſtibile: creſcere poteſt in infinitum. Si ergo
hec ſunt poſſibilitate infinita: ſequitur q̄ natura diuina (que
facta non eſt: et eſt omnium maxima) erit actu infinita. quia

inter actũ ⁊ potentiã nullũ eſt dare medium. Et quia hec na/tura nõ poteſt multiplicari ꝑ indiuidua: relinquit ꝙ in vno indiuiduo eſt actu penitus infinita Dominicus Mirabile ex hac nr̃a diſputatõe de deo lumẽ ꝯcipio Raymũdus Maiora videbis cũ tibi cepero demonſtrare ex hijs quattuor prefatis gradibus deum habere eſſe: viuere: ſentire: ⁊ intelligere Dominicus. Oro vt mihi ocius iſta demonſtres.

## ¶ Qũo deus habet eſſe. viuere. ſentire. et intelligere ¶ Capitulum tertium

Raymũdus. Cum certiſſima rõne cõſtet deũ cuncta cre/aſſe: ⁊ eſſe ⁊ viuere ſentire ⁊ intelligere humane cõtuliſſe nature. qui ergo hec alijs benefica manu ꝯceſſit: multo magꝭ in ſemetipſo ⁊ viuit: ⁊ ſentit: ⁊ intelligit Nõ em̃ hec alijs cõferre poſſet ſi in ſe vacuus eſſet. Et hec quidẽ in genere raptim dicta ſint: nũc ſpecialius qũo deus eſſe habeat inſinuemꝰ. Eſſe dei nec habet exordiũ a nihilo. nec ab alio. nec ab ipo met deo ¶ Dominicus Tria hec que nũc enumeraſti: da operã rogo vt exp̃ſſius manifeſtes ¶ Raymundus Dixi deũ nõ accepiſſe eſſe ſuũ a nihilo. nec ab alio quoq̃. nec a ſeipſo. Nõ a nihilo. q: nõens nihil ꝓducit. nihil ꝯſtituit. Nõ etiã ab alio quolibet ſupiore vel priore. quia tũc vere deus creatura eſſꝫ nõ creator factura nõ factor Nõ etiã habet ſuũ eſſe a ſemetipo: ita vt ſibi ipſi tribuerit eſſe qđ habet. quia tũc aliqñ eſſe nõ habuiſſet. qđ abſurdũ eſt dicere Nõ refragraris puto ¶ Dominicus. Credo vera eſſe q̃ dicis ¶ Raymũdus. Cõſidera nũc preclaram eſſe dei ꝯditionẽ. Vñ quia deus eſſe ſuũ nõ recepit ab aliquo nec a ſeipſo. ideo nõ recipit multitudinẽ. ꝯiunctõem. ꝯpoſitionem. diuerſitatẽ. ſed eſt ſimpliciſſimũ: puriſſimũ: indiuiſibile ⁊ ſumme vnũ. Deus p̃terea eſt ſuũ met eſſe: ⁊ totũ eſſe. a quo nõ eſſe longiſſime ſepatur. Omnia nẽpe que p̃ter deũ habẽt eſſe: habẽt nõ eſſe ſibi ꝯiunctũ. deus ꝟo in infinitũ a ſe abigit non eſſe: ⁊ añ ſe: ⁊ poſt ſe.. ⁊ ideo deus eſt ens interminatũ. infinitũ eternũ: ſine principio: ſine fine. Et quia eẽ dei excludit a ſe omne nõ eſſe. idcirco ꝯtinet in ſe quicq̃d ꝑtinet ad eſſe. Atq; ideo infinitos gradus ⁊ rões ⁊ modos eẽndi intra ſe complectit̃.

Quomõ deus habꝫ eſſe.

Deus ĩfinitos in ſe retinet eſſendi modos

# Dyalogus Primus

Sicuti ſi eſſet aliq̃s numerus actu infinitus hic infinitas nu
meroꝝ ſpecies in ſe veraciter ꝯtineret // Dominicus. Intelli
go magnifice cũcta que loqueris. qꝛ niſi dñs deus noſter infi
nitos eſſendi modos intra ſe ꝯcluderet: poſſet augeri ⁊ creſce
re in hijs que nõ haberet: nec eẽt cõpletus nec ꝑfectus deus:
eſſetqꝫ nõ ens ſibi ꝯiunctum. qđ impiũ eſt aſſerere. Relinquit
ergo ꝙ deus eſt ens actu altiſſimũ: ꝯpletiſſimum: ꝑfectiſſimũ
et maximũ. Eſt preterea immutabiliſſimũ. qꝛ ſi mutaret habe/
ret nõ eſſe loci ad quẽ. Et ideo eſt in om̃i loco. in om̃i tpe non
habẽs p̃teritũ neqꝫ futuꝝ. ſed tm̃ eſſe pñs. id eſt nihil noui acq̃
rere p̃t: nec ꝑdere quicq̃. Eſt igit deus fons ⁊ mare eẽndi infi
nitũ: ſine mẽſura: ſine termino: ſine fundo // Raymũdus. Pu
to te etiã intelligere vt qm̃ diuina eẽntia excludit a ſe om̃e non
eẽ. iõ nõ poſſe eſſe plura entia infinita. Si em̃ due eẽnt infini
te ſubſtãtie: eſſe vnius nõ eẽt in altero. ⁊ ſic neuter deus eẽt ꝑfe
ctus ⁊ infinitus: cũ vterqꝫ haberet ſibi ꝯiunctũ nõ eſſe alterius
Preterea qꝛ deus abijcit a ſe oẽ non eẽ. iõ debilitas: impotẽ
tia: ignorãtia longiſſime ab eo remouent. Tenemus ergo deũ
ſumme eẽ virtutis. poteſtatis. ſapiẽtie. ⁊ maieſtatis: cui vni ſo
li creandaꝝ rerũ potẽtia tribuat. // Dominicus. Habẽt hec
que dixiſti ex p̄cedentibꝫ ꝯſequẽtiam. vnũ tamẽ abs te interro
go. Deus qꝛ abigit a ſe om̃e nõ eſſe. iõ nccãrio intra ſe cõtinet
om̃e eſſe. Sequit ergo ꝙ deus hꝫ in ſe eẽ terre. eſſe aque. eẽ ae
ris ⁊ ignis. eẽ quoqꝫ aſini: bouis: leonis. Sed nunq̃d deus ter
ra ẽ: aut aer: aut ignis: aut aſinus: aut leo. quis ſane mẽtis iſta
dixerit. // Raymũdus. Facile reſpõdeo. Duplex eſt eſſe terre
aeris. ignis. oĩmqꝫ rerum conditaꝝ. Vnuz qđ in ſe habẽt ⁊ in
natura ꝓpria quam videmus. Aliud quod in ſuo habẽt cõdi/
tore: qđ videre nõ poſſumus. Res ergo create iuxta eſſe quod
habẽt in ſua natura nullatenus ſunt in deo. qꝛ eſſe dei tale eſſe
habere nõ poteſt: cũ ſit ipſe incõpoſitus: indiuiſibilis: immu/
tabilis: eternus. Om̃ia aũt creata de ſe ſunt corruptibilia: cõ
poſita: mutabilia: finita. taliter ergo nõ ſunt in deo. Sed qm̃
deus habet in ſe omne eſſe: ideo omnes res create ſunt in deo
vt in ſuo creatore: moderatore: conſeruatore. Cape manife/
ſtum exemplum. Domus quam tu fabricaſti habet duplex eẽ.

Qꝛ nõ poſſunt eẽ plura entia infinita.

Quõ deus in ſe habꝫ oẽ eſſe. et qualiter oĩa ſunt in deo

# Capitulum Tertium

Unū quod extra videmus in ꝓpria natura. aliud qḋ nō vide
mus in mēte artificis Ita ⁊ de rebꝰ creatis ītellige ¶ Domini
cus. Sed ſi deus abijcit omne nō eſſe. ideo nullum eē poteſt
extra deū haberi. ſed creature habēt (vt certū eſt) eſſe reale ex/
tra deū. ergo vel tale eſſe eſt etiam in deo: vel deus non habet
om̄e eſſe ¶ Raymūdus. Fortiter me p̄mis Primū dico. ſepa
ra mihi ab om̄i re creata om̄e compoſitū: oē corruptibile. om
ne finitū. mutabile. caducū. diuiſibile. ⁊ breuiter om̄e qḋ ſonat
imꝑfectionē atqꝫ indigentiā. Quod dū feceris vide ſi nō tunc
omnia creata ſunt in deo: imo ip̄e deus. Habet ergo deus oē
eſſe reale rerum intra ſe. ſecluſa tamē a rebus om̄i imꝑfectione
que deo ꝑfectiſſimo admiſceri nō poteſt. Dico ſecūdo omnia
entia eē in deo ſ̄m triplicē cauſe reſpectū. Exempli gratia: do
mus fabricata reſpicit p̄mo ſuum artificē vt cauſam efficientē
ſecūdo vt cauſam exēplarem ꝓpter ſimilitudinē quā in ſuo ge
rit opifice. tertio vt cauſam finalem ꝓpter quem domus ipſa
ſumpſit originem. Pari modo de rebꝰ creatis ⁊ ſuo conditore
cogita: in quo ſunt vt in ſua cauſa efficiēte: formali: ⁊ finali. nō
aūt materiali. quia mūdus ex nihilo agente deo cōſtitutus eſt
Eſt etiā mundus in deo vt in ſuo gubernatore. ꝓuiſore. ꝯſer/
uatore. ꝓpagatore ¶ Dominicus. Adiutus ſum reſpōſis tu/
is. at qm̄ in rerum ꝓductione incidimus: oro te vt quō a deo
mūdus ꝑcreatus ſit breuiter ediſſeras ¶ Raymūdus. Faciā
quod p̄caris. Primo noueris mūdum ꝑ modum artis a mag — Q̃uo deus creauerit mundū
no deo nō natura neqꝫ ex neceſſitate ꝓductum. Nā ex quo de
us habet arbitriū liberū. ideo om̄ia ꝓducit intellectu ⁊ volun
tate. Et quia mundi productio eſt artificialis. ideo non eſt de
natura ſui opificis Preterea ſicut artifex ꝓducit domū iuxta
ſimilitudinē quam geſtat in mēte. ita ⁊ deus pulcrum pulcer/
rimus ipſe mundum mente continuit: et ſimili imagine extra
in eſſe conſtituit. Et ſicut artifex ante productionem habet in
intellectu formam ⁊ ſimilitudinem rei producende. alias eam
producere non poſſet. Ita deus nunquam extra ſe mundum
formaret. niſi ipam ydeam mundi prius in mente ſua teneret.
At quoniam deus hanc mundi ſimilitudinem non potuit ali
unde ab aliquo extrinſeco recipere. ideo ab eterno eam in ſuo

retinuit intellectu. ac ꝑinde mũdus eſt in deo eternus. atq̨ id ipm quod deus. Verũ quia eſſe dei eſt multo p̃clarius. dignius ac nobilius q̃ȝ eſſe mũdi extra ꝓducti de nihilo: iõ dignius et illuſtrius eſſe habȝ mũdus in deo q̃ȝ in ſemetipo. Preterea ſicut artifex ipſe p̃t innumeras domus ꝓducere ꝑ domũ quaȝ geſtat in mẽte: ita ⁊ deus ſi vellet infinitos adhuc mũdos formaret ex mundi imagine quã retinet in corde. Et ſicuti artifex meliori qua p̃t induſtria ⁊ iuxta cõdignam exigẽtiam domũ ꝓducit. ita ⁊ deus mundũ quẽ condidit ſummã illi ⁊ cõdignam ꝑfectionẽ donauit. Verũ in hoc fallit exẽplum artificis ⁊ cõditoris. Nam qm̃ artifex ſolã ponit formã in materia: nec tñ facit ipam materiã. ideo nõ necc̃e eſt vt ſꝑ cũ ſua domo ꝑmaneat Poteſt em̃ domus ꝑſiſtere ipſo ruẽte. At nõ ita eſt inter creaturã ⁊ plaſtem ſuũ Deus nẽpe nõ ſolũ ponit formã in materia

Deus ſemper eſt oĩ creature ſue neceſſari⁹.

ſȝ ⁊ ipſam materiã de nihilo ꝓducit Idcirco mũdus neccãriam habet cõtinuam p̃ntiam dei. nec poſſet ad momẽtum vnũ ꝑſiſtere. ſed ꝑ p̃ceps iret in nihilũ ſi ſuaȝ illi deus ſubtrahat manum Portat igit̃ deus robuſtiſſima manu ſua mundũ vniuerſum. illum creans. illũ moderãs: ꝯſeruans: ⁊ ad finẽ debitum cũcta ꝑducens. At qm̃ hic celſiſſimus ꝯditor ꝯtinue mũdum ꝯſeruat ⁊ manu retinet ne ruat in nihiluȝ. iõ clare relinquit̃ ꝙ etiã ꝯtinue mundum creat. ſicut ſol ſine intermiſſione ſuos in aere radios format. Niſi em̃ inceſſanter ſol a ſe radios diffunderet: radioꝝ claritas ꝯtabeſceret. Ita ⁊ mũdus repẽte deficeret ſi nõ ꝯtinue a deo crearet̃ ⁊ ſeruaret̃ // Dominicus Ex hijs que docte nũc ꝑoraſti hereſis ꝑipatheticoꝝ phorum facile cõuellit̃: qui mũdum garriũt ab eterno fuiſſe. qđ ſi veꝝ eſſet nũq̃ȝ potuiſſet a deo creari: nec egeret gubernatõe: ꝯſeruatiõe: directiõe. Eſt ergo (vt tu aſſeris) in tp̃e ⁊ de nihilo a deo ꝓductus nõ neceſſitate: ſed ſola dei volũtate. dulcedine. bonitate. liberalitate. Dũ ergo reſpicimus ad mundũ quem in tãta maieſtate de nihilo formauit. app̄hendimus dñm deum noſtrum fortiſſimũ. omnipotẽtiſſimũ. eternũ. infinitũ. incõmutabilem ac ſumme vnuȝ: immẽſe maieſtatis. glorie. ac celſitudinis. qui de nõ eſſe vniuerſa ꝯſtituit: retinet: ⁊ moderat̃. Hinc vehemẽter exulto dũ huius admirãdi opificis me facturã ꝯſidero. ⁊ cum

de nihilo ſim ab eo formatus: principalior tamē ⁊ dignior ꝑs ſum vniuerſi: ſub ipſo rerū omniū caput et dn̄s. Gaudeo igit̄ et tibi raymūde grās maximas habeo qui me in id ꝑduxiſti vt nouerim me habere tam nobilē: tam ſublimē: tam beneficum creatorem: qui me cum nō eſſem nobiliter creauit. creatū vero ꝯſeruat: regit: ⁊ dirigit. At nunc vnde paululū digreſſi ſumus ocius reuertamur.

## Sicut deus habet eſſe: ita habet et viuere: ſentire: ⁊ intelligere ¶ Capitulum quartum

Raymundus. Animaduertiſti q̄ȝ fructuoſus tibi fuerit excurſus noſter: verū vt hortaris ſicut pauloan̄ de eſſe dei diximus. ita nūc q̄uo deus viuere habeat diſſeremus. Sicuti ꝑ eſſe mūdi qđ cernimus arguimus aliud eſſe qđ non cernimus: ſic ꝑ ea que videmus in mūdo viuere: deū viuere manifeſte colligimus. Nunq̄ȝ em̄ mūdus viueret niſi deus an̄ vixiſſet. Preterea cū deus nccā̄rio habeat eſſe: habeatq̄ȝ q̄cquid cōuenit cū eſſe: cū eſſe dei ſeparet a ſe om̄e non eē. ideo nccā̄rio habet ⁊ viuere. q̄ꝛ viuere cōuenit cū eſſe. Viuere em̄ ip̄m eſſe nobilitat ⁊ illuſtrius reddit vt videmus ad oculū in creaturis Si em̄ deus haberet eē ſine vita: ſenſu: ⁊ intellectu: tūc eē dei nō includeret oē eſſe. quia vita: ſenſus: et intellectus ſunt res reales: que ab infinito eſſe ſeparari nō pn̄t. Et ideo manifeſte colligit̄: vt quia hȝ eſſe: habet nccā̄rio ⁊ viuere: ⁊ ſentire: ⁊ intelligere // Dominicus Nihil verius. ſed q̄ꝛ deus eſt ens ſimpliciſſimū ⁊ ſumme vnū: ſine ꝯpoſitōe ſine diuiſione. ideo viuere dei eſt oīno idem qđ ſuum eē. nec ſentire aut ītelligere quicq̄ȝ aliud ſunt in deo q̄ȝ viuere. Et quia deus eſt ſuum eē. ⁊ eē dei idem eſt qđ deus: ita deus eſt ſua vita: ſuus ſenſus: ſuus itē intellectus. Et quēadmodū deus excludit a ſe oē non eē: omne ſcȝ nō eſſe negatiuū: ⁊ non eē priuatiuū: ita excludit om̄e nō viuere: nō ſentire: nō intelligere Et ideo ab eterno ⁊ in eternum deus viuit ſine ꝑ̄ncipio ſine fine. Jđ ſolus habet immortalitatem. quia ſue ꝑpetue vite nō poteſt aſſcribi ꝑmutatio: nulla fieri additio: nulla alteratio. Et q̄ꝛ deus eſt ſua vita: iđ eſt tota vita. nec eſt quicq̄ȝ aliud q̄ȝ ipſamet vita. Hinc ſeq̄tur q̄ꝛ omne

Q̄ꝫ viuere ⁊ intelligere ī deo idē ſunt qđ eē.

creatū viuit in deo. ⁊ ideo deo oīa viuūt. nec aliq̄d in deo mo
ritur ¶ Raymūdus. Pulcre admodū intelligis dictū nr̄i euā
geliſte: qđ factū eſt ī ipſo vita erat Nā ex quo oīa viuūt in deo:
creature oēs que nūc viuunt etiā anteq̄ȝ in ſe viuerēt in deo vi
De ſentire dei
uebant Verū nūc de ipſo ſentire pauca dicamus. Sicuti em̄
ſenſum in aīantibus eſſe videmus: ita deū quoqȝ (q̄ ſenſum il/
lis largitus eſt) ſentire cognoſcimus. Preterea ſi deus hȝ om
ne eſſe: habet ⁊ ſentire. q꞉ ſentire eſt eſſe: ⁊ valde nobile eē. ideo
neccārio eſt in deo. alioq̄n nō excluderet a ſe oē non eē. Et ſicu
ti deus eſt ſuū eſſe ⁊ ſuū viuere: ita eſt ⁊ ſuū ſentire. q꞉ viuere ⁊
ſentire nō faciūt in deo vllā diſtantiā. Relinq̄tur ergo q꞉ de/
us audit: videt: odorat: ſentit ⁊ tangit Nō tñ eo modo quo id
animātibꝰ cōuenit. ſed inuiſibiliter ſpiritaliter: realiter tñ. Ex
hijs vero que nūc de eſſe: viuere: ⁊ dei ſentire diximus puto te
optime ꝯprehēdere quid de ſuo intelligere dicere debeamus.
¶ Dominicus. Cōprehēdo plane: neccārio em̄ ſequitᷣ vt q̄ ho
De dei intel/ligere.
mini intellectū tribuit: cū is ſit inter dei munera nobiliſſimus
ipſe quoqȝ intellectū habeat oportet. Et quia intelligere eſt eē
imo preſtantiſſimū eſſe. ideo ſi deus habet oē eſſe: habet ⁊ itel
ligere. Preterea ſicut eſſe dei eſt incōmutabile: nec p̄teritū re
cipiens nec futurū: ſed pn̄s ſolū. ita intellectus dei nō diſcur/
rit ab vno in aliud: ſed ſunt ei ab eterno pn̄tia oīa. Et ſicut nō
eget deus aliquo ad eſſendū: ita nullo indiget ad intelligendū
Quia vero eē dei eſt infinitū: ⁊ cōtinue ſuū eē intelligit: ideo ſꝑ
intelligit infinitū. Et q꞉ in ſuo eē totus eſt mūdus ⁊ quicq̄d ad
huc eſſe p̄t. intelligēs ergo ſuū eē: totū mundū ſimul intelligit
et quicq̄d poteſt eē. Et ſicut in deo ſunt oīa ſimul: ita ſimul oīa
intelligit: videt: ⁊ cognoſcit ꝑ ſuū eſſe tanq̄ȝ ꝑ ſpeculū vniuer/
ſale. qđ eſt oīm rerum cōis ydea. At ꝟo qm̄ tantū eſt ſuū intel
ligere quantū ⁊ ſuū eſſe: ideo cū ſumma voluptate intelligit ſe
habere eternū eē: eternū viuere: ſe eē immortalem. oīpotentiſ/
ſimū. ꝑfectiſſimū. ⁊ id veriſſime ſe eē quod in veritate eſt. Et q꞉
eſſe atqȝ intelligere in deo idem ſunt: ideo ⁊ ſe intelligere intel
ligit ⁊ ſapere cognoſcit. Preterea quia deus habet in ſe omē
eſſe ⁊ omnes eſſendi gradus. intelligens ergo ſuum eē: intelli
git ſimul infinitos exiſtentie gradus. atqȝ ideo actu intelligit

totum eſſe mundi: ⁊ omnes ſpecies: naturas omnes: ⁊ indiui
dua omnia. ⁊ quicquid vnq̄ꝫ aut fuit: aut eſt: aut futurum eſt:
aut eſſe poteſt Uno ergo intelligētie obtutu terribilis ille ma
ieſtatis oculus videt numeratqꝫ totā arenam maris: aquaruꝫ
et pluuiarum guttas. omnes partes terre: et que in terra: aut
in viſceribus terre: aut in vndis ⁊ fluminibus generant̄. Om
nes itidem ſtellas celi: virtutes et curſus earum. omnes dies
ſeculi ⁊ horas ⁊ momenta dierum: herbas ⁊ herbarum vires
arbores oēs: fructus ⁊ frondes: ſemina ⁊ grana omnia. Ho/
minum quoqꝫ demonum ⁊ angelorum cogitationes: intētio
nes: deſideria: opera: ⁊ verba ſingulorum. Omnia videt: om/
nia nouit: omnia diſcutit: ⁊ quicquid abditiſſimum eſt clariſſi
me comprehendit. Omnia eñ nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius
Ex hijs manifeſtiſſime lucet dei intelligentiam: dei noticiam
infinitam eſſe: innumerabilem: incomprehenſibilem. // Ray
mundus. Cum ingenti gaudio te hec audio diſſerentem Op
time comꝑhendis incōprehenſibilem eſſe dei eēntiam: vitam:
ſenſum: atqꝫ intellectum. que quia in deo vnum ſunt qui vnū
ponit omnia ponit: ⁊ qui vnum tollit oīa tollit. Qui eñ di/
cit deum nō intelligere: negat ⁊ deum eſſe. Et quia ens veruꝫ
et bonum conuertuntur: qui negat deum eſſe: negat deum et
bonum ⁊ verum ⁊ iuſtum eſſe Sed patere queſo vt paululum
lōgius te protrahā // Dominicus. Patior qđ vis // Raymū
dus Uides ne igit̄ ex hijs q̄ iā diximus manifeſte ſeq̄ vt ꝯñter
dicamus deū incorꝑeum eē ⁊ liberū hr̄e arbitriū // Dñicus.
Per rimas (vt aiūt) hec vtcūqꝫ video. oro tñ vt palā mihi iſta
demōſtres // Raymūdus. Diximus ſup̄ idē eſſe in deo ītelli/
gere. ſentire: viuere ⁊ eē. ſꝫ intelligere eſt ſpūale. ḡ ⁊ ſentire ⁊ vi   Qꝫ deus eſt
uere ⁊ eē in deo penit⁹ eſt ſpūale. Eſt ḡ deus natura ſpūalis in   ens ſpūale
ꝯpoſitus: imꝑtibilis: ſimpliciſſimus. Hinc ſeq̄tur q̄ de⁹ eſt in
corꝑeus: impalpabilis: inuiſibilis: nec aliq̄ ſenſu corꝑeo ꝑcep
tibilis. // Dñicus. Hinc pulcre elidit̄ heref antropomorphi
tana: q̄ aſſerit deū hr̄e hūani corꝑis effigiē: hoīemqꝫ iuxta hāc
mēbroꝝ ſuoꝝ deſcriptōem ad ſuā imaginē ꝯdidiſſe. Hūc erro
rē neq̄ſſimus īpoſtor machomet⁹ in ſuo alchorano: ⁊ iudei in
ſuo libro quē thalmud vocitant lōgiſſimis fabulis ꝓſequunt̄

# Dyalogus Primus

Nos vero qui ſcimus qm̄ ſpũs eſt deus: ipm̄ in ſpiritu adora
mus. Hinc deus optimus: maximus hoī intellectũ contulit
a quo ſolo pōt cognoſci: diligi: reuereri. Hoꝝ gratia hō poſt
mortē accipit deũ ꝓ munere: inuiſibilē: immēſurabilē: incapa
bilem Intellectus em̄ humanus adeo nobilis eſt vt nō poſſit
caducis ⁊ viſibilibꝫ bonis munerari: ⁊ ideo bona intellectus
ſunt ſpũalia: eterna: infinita ſemꝑ permanētia. Nunc de ſcđo
ſcꝫ ꝙ deus habeat liberũ arbitriũ ocius exequere

## Qd deus habet voluntatem et li berum arbitrium

¶ Capitulum quintum

RAymundus. Qui homini liberũ contulit arbitriũ deus
manifeſtũ eſt ꝙ ⁊ ipſe liberꝫ arbitriũ habeat: qꝛ nihil dat
qđ nō habet. Preterea ſi deus habet eē intellectuale: hꝫ etiã ⁊
velle. quia intellectꝰ ſine volũtate eſſe nō poteſt. Et ſicut deus
habet eē primum: ita volũtas eius eſt p̉ma volũtas: nec ſequi
tur vllam aliã voluntatē. idcirco q̄cquid deus vult: ſua id vult
ꝓpria volũtate. Et quia in deo eē ⁊ velle idem ſunt: iō quecũqꝫ
de dei eſſe ſupra diximus: de ſua volũtate dicere tenemur. ꝙ
videlicet eſt immutabilis: inuariabilis: eterna: ꝯpletiſſima: ple
niſſima: oīpotentiſſima. Et ſicut deus intelligit ſe p̉mo ⁊ ſuũ
eſſe: ita vult p̉mo ſeipm̄ ⁊ ſuam pleniſſimã ꝑfectionem. Et quē
admodũ habet: ita ⁊ cupit ſibiipi oīme bonũ: oīme gaudiũ: oē
ſolaciũ. Eſt ergo in cōtinua iugiqꝫ leticia: ⁊ habet eternũ gau

Nota tres opa tōes itellectus

dium intra ſemetipm̄. Preterea cũ volũtas in deo idē ſit qđ
intellectus: cuius p̉ma opatio eſt ītelligere ꝟba ſenſumqꝫ ver
boꝝ. Scđa diſcutere ꝑ rōem an res intellecta vera an falſa ſit
iuſta vel iniuſta. Tertia opatio quod veꝝ ⁊ iuſtũ eſt approba
re: reijcere aũt qđ falſum eſt. Quia ergo volũtas ⁊ intellectus
in deo vnũ ſunt: nō poteſt ſua volũtas ab intellectu diſcordiã
facere. iō deus nihil p̄t velle cōtra rōem nec ꝯtra iuſtũ iudici-
um intellectus. Idcirco diuine opationes iuſte ſunt rōnabi-
les: ordinate: ſancte ⁊ vere. ⁊ volũtas eius ſꝑ eſt rectiſſima: iu
ſtiſſima: ordinatiſſima: ⁊ p̉ma regula que obliq̄ri ⁊ in tranſuer
ſum duci nō poteſt: nec a veritate vllatenus declinare. cũ ſit
ipſamet veritas. Que etſi mala aliq̄ atqꝫ iniuſta fieri ꝑmittat.

nunq̄ȝ tñ ea inordinata relinquit: ſed ea ſp̄ dirigit in bonū finē
¶ Dominicus. Hinc manifeſte colligit̄ nunq̄ȝ debere homi
nē murmurare ↄtra voluntatem dei. ſed equo animo perferre
quicq̄d in illū diuina cenſura decreuerit. Et ideo volūtas que
ab hac diuina ⁊ p̄ma voluntate diſcordat tortuoſa eſt: inordi
nata: iniuſta: penis digna atq̄ȝ ſupplicijs ¶ Raymūdus. Ve
rum aſſeris. ſed nūc ſequere me queſo: ⁊ ex cognitione liberi ar
bitrij de deo tuo ſtupenda magnificaq̄ȝ ↄgnoſces. Ex quo eñ
grāꝫ repn̄tent ¶ Raymūdus. Pareo libēs. Sicut em̄ panis
et vinū ſunt ip̄ius coꝛpis plena refectio: ita coꝛpus xp̄i qđ ſub
his ſpeciebꝫ ꝯtinet optimo ſpirituali cibo aīam refocillat. Pre
terea ſicut panis ſupꝛa oēs cibos coꝛpus nutrit ⁊ ſuſtētat: ⁊ vi
nū letificat ⁊ inebꝛiat: ita coꝛpus ⁊ ſanguis xp̄i aīam reficit. nu
trit. letā iocundā atq ebꝛiaꝫ reddit. Preterea. ſicut ex multis
granis panis fit. ⁊ ex multis acinis vinū ꝯfluit: ita in hac ſacra
mēti ꝑceptōe multi xp̄iani in vnā fidē xp̄o iungunt ⁊ fiunt coꝛ
vnū ⁊ aīa vna ¶ Dominicus Ex hoc poſtremo pꝫ ꝙ ꝑ formā
panis ⁊ vini duplex inuiſibile denotat. ſcꝫ verū coꝛpus xp̄i vir
gineū qđ in h̄ ſacramēto ꝯtinet. ⁊ coꝛpus xp̄i miſticū: eccl̄ia ſcꝫ
in p̄deſtinatꝫ qđ nō realr̄ ſꝫ ſignificatiue repn̄tat. Verꝫ tu vltra
ꝓgredere ¶ Raym̄. Audi igit ꝯn̄ter. ſicut res coꝛꝑales panis
et vinū in h̄ ſacr̄o in eā aſcendūt dignitatis ⁊ nobilitatꝫ eminē
tiā q̄ nulla p̄t celſioꝛ eſtimari (trāſeūt eī in coꝛpꝰ xp̄i gl̄ificatū)
ita ꝑ hoc ſacr̄m boni xp̄iani ſublimant. deificāt. ⁊ in xp̄m ꝯuer
tunt. ⁊ efficiunt cū eo vniꝰ volūtatis. amoꝛis ⁊ germanitatis.
Preterea. ſicut panis viniq ſuba formis extra remanētibꝫ in
xp̄i carnē ⁊ ſanguinē occulta ꝟtute ꝯuertit. ita ꝑ hoc ſacr̄m aīa
xp̄iani in xp̄i aīam ⁊ deitatē occulte ꝑmutat. coꝛꝑe in ſua ſpē ꝑ
manēte Preterea: ſicut ꝑ ꝟbū ſuū xp̄s res viſibiles ꝟtit in coꝛ
pus ſuū: ita in h̄ ſacr̄o ꝟtit coꝛda aīaſq pioꝝ in ſemetipꝫ. Pre
terea. ſicut in h̄ ſacr̄o panis coꝛpoꝛeꝰ aliā naturā induēs ml̄to
melioꝛ efficit: ita coꝛpꝰ xp̄iani digne cōicātis melioꝛat. ⁊ caſtū
mundū. ſcm̄. ⁊ xp̄i obſeq̄is deditū ⁊ rōni ſubditū efficit ¶ Dn̄i
cus Magnifica ſtꝫ que loq̄ris ⁊ q̄ vehemēter in amoꝛē huiꝰ di
gniſſimi ſacr̄i mentē hoīs inflāmāt. Hinc claret ꝙ ꝟtute huiꝰ
optimi cibi xp̄ianus enutrit. roboꝛat. ꝯplet. ꝑficitur. ⁊ ad vlti
mū bonitatis terminū q̄ntū in h̄ mūdo poſſibile eſt accelerat.

Quo viſibile inuiſibilē gratiā ſignificet

**M caro xp̄i eſt penitus cōtraria**

corrupte carni p̄mi hominis ¶ Capitulum. lxxiij.

RAymūdus. Ex his q̄ iam diximus facile potes aīaduer
tere mi dn̄ice quō p̄mus hō ⁊ ſcōs ſcꝫ xp̄s ꝯtrarianť. ita
et caro xp̄i eſt oīno ꝯtraria carni ꝓthoplaſti. Habꝫ em̄ ꝓprie
tates ⁊ opatōes reſpectu aīe longe diuerſas Nā caro p̄mi ho
minis cauſat in aīa oēm corruptōem. infectōem. ꝑditionem ⁊
mortē. ſed caro xp̄i cōfert aīe ſe ſumēti integritatē. puritatē. vi
tā gratie. ⁊ vitā glie. Preterea ſicut caro corrupta in adā tur
piter libidinoſe ꝑ coitū generata eſt cauſa q̄cq̄d aīa experiť ma
li: ita caro xp̄i mūdiſſime ſine coitu de virgine orta erit aīe hu
mane cā oīs boni. oīs virtutis. iuſticie. ⁊ ſalutis eterne. Pre
terea ſicut ipſi aīe imputať originale pctm̄. eo ꝙ vniť carni vi
ciate: ita dū aīa copulať carni xp̄i ſanctiſſime ab om̄i pctō im
munis efficiť ⁊ omne xp̄i meritū cōpartiť. Preterea ſicut caro
ade eſt archa oīm vicioꝝ. oīm criminū. ſordiū ⁊ maloꝝ: ita ca
ro xp̄i eſt archa oīm virtutū. oīm bonoꝝ ⁊ thezauroꝝ ſpūaliū
oīm. Preterea ſicut caro p̄ma ſepat animā a ſocietate ⁊ amici
cia dei ⁊ facit eā ſociā diaboli: ita caro xp̄i iūgit aīam deo ⁊ eter
na pace ꝯfederat. Et ſicut diabolus ꝑ ade carneꝫ aīas rapit et
occidit: ita xp̄s ſua carne aīas aucupat ⁊ viuificat. Preterea
ſicut aīa ſociata ſue carni ꝑ voluntatē ⁊ amorē mille ſordibꝫ et
vicijs inquinať: ita ſi ſociet ꝑ amorē carni xp̄i ꝯplacendo ⁊ in
ea delectando ab om̄i ſpurcicia emūdať // Dominicus Hoc
poſtremū nō eſt ꝑfunctorie trāſeundū. Duplicē ego aīe rōna
lis ſocietatē cū carne cōſidero. Unā habet cū ſua carne ⁊ hec
eſt naturalis. aliā hꝫ cum carne xp̄i: ⁊ hec eſt volūtaria et mere
dilectōis. Per p̄mā vnionē recipit caro vitā ab aīa. ſed ꝑ ſecū
dam vitā accipit aīa a carne xp̄i ꝑ quaꝫ deitati in pacis federa
copulať. Et qm̄ aīa magis illic eſt vbi amat q̄ꝫ vbi animat. iō
aīa/xp̄i carni ꝑ amorē ſociata tā ſancta. tā virtuoſa efficiť ꝙ a
carnis ſue copula poſſit nullatenus maculari. Et merito aīa
plus teneť xp̄i carnē diligere q̄ꝫ ſuā. que verberata. paſſa. cru
cifixa ⁊ occiſa eſt ꝓ aīe ſalute ⁊ ꝓ oībus pctīs que a ſordida ſua
carne ꝯtraxit. Huic igiť xp̄i carni ſi aīa ꝑ amorē inheſerit car
nis ſue corruptōe de cetero maculari nō poterit. Sed da ve
niā ꝙ ego ꝟboſus tuā ſentētiā interrūpo // Raymūdus. Nō

Nota duplicē aīe cum carne ſocietatem

interrūpis. ſed qđ ego ex abrupto protuli tu magis eluceſcere
facis. Eſt pterea adhuc vnū qđ in drñam vtriuſqȝ carnis dic/
turus ſum. ⁊ ſic qͤturus. Sicut pma caro corrupta multipli/
cat̃ ⁊ diuidit̃ in multas portiōes. ⁊ ex ꝯſequēti fit cā quare aīe
multiplicent̃ ⁊ corrūpant̃ ⁊ ab inuicē ⁊ a deo ſeparent̃: ita ca/
ro xp̄i que vna numero eſt fit rō vnionis aīaꝝ. ⁊ oēs aīe xp̄iane
q̄ per ꝓpriā cuiuſqȝ carnē fuerūt ab inuicem et a deo remote p
xp̄i carnē cui p amorē copulant̃ fiūt cor vnū ⁊ aīa vna: inter ſe
et cū ipa deitate eterno pacto federate Dominicus Precla
re admodū ⁊ pmagnifice. Ut qm̄ oēs aīe humane ab vno exe
unt creatore deo. ⁊ multiplicata carne crebro multiplicātur ⁊
corrūpunt̃. ita demū per xp̄i carnē vniunt̃. purgant̃. ⁊ ad deū
qui eas ꝯdidit reducunt̃. Et ſic caro ē cauſa multitudinis aīa
rū ⁊ cauſa vnionis. Caro eſt cā quare a deo exeūt: et cā quare
ad deū redeūt. Caro eſt cauſa pditionis aīarū ⁊ cā ſalutis eaꝝ.
Hec oīa opatur caro. ſed nō vna ⁊ eadē caro: ſicuti nūc euidē
tiſſime demōſtraſti. Sed cū necē ſit oēs xp̄ianos hac vna xp̄i
carne cibari: quō p̄t vna caro tot hoīes diuerſis locꝭ ⁊ tpibus
paſcere. ⁊ tamen vna numero cum ſit non poſſe diuidi: nec co/
meſta conſumi.

## ¶ Declaratio per exēpla quō vnuȝ corpus xp̄i numero poſſit ſimul ⁊ ſemel eſſe in pluribus locis.

Raymūdus Queſtio tua ē (ni fallor) quō ¶ Cap. lxxiiij
xp̄i corpus vnū numero poſſit eſſe in pluribꝫ locis. Que
ſtio certe difficilis nulla hūana induſtria diſſoluēda: ſed certa
fide eſtimāda. Nō debȝ tñ mirū videri ſi corpus xp̄i poſſit eſſe
in multis locis qñ ipa diuinitas (cui hoc corpus in vnitate p/
ſone ſociatū eſt) tota ſit ſimul in oībus locis. Accipe preterea
aliq̄ exēpla q̄bus hoc ipm qđ petiſti poſſis vtcūqȝ cognoſcere
Primū. ſicut vnū verbū numero vno ore platū ⁊ in aere mul
tiplicatū plures aſtantiū aures mēteſqȝ diuerberat: ita ⁊ vnuȝ
xp̄i corpus nūero deitati ꝯiunctū multis p̄t locis haberi. mul
ta xp̄ianoꝝ corda ⁊ ora ſubingredi. Scđm. vna et eadē dictio
ſiue illa magnis aut puis lr̃is ꝯſcripta ſit: ſeu in multis ſeu pau
cis redacta ſyllabis ſp idē ſignificat: ita ꝯformiter nec pua nec

magna forma panis aliq̄d variat in corpe xp̄i. tantūdez em̄ in
pua cōtinet̄ hoſtia ſicut in magna. Tertiū. licz aliq̄ dictio mul
tiplicet̄ p varia ſynonima aut idiomata. pp̄ter hoc tn̄ ſignifica
tū dictōis nullatenus multiplicat̄: ita q̄zuis hoſtie multiplicē/
tur loco ⁊ tp̄e. nō pp̄ter hoc tn̄ caro xp̄i multiplicat̄. Quartū
q̄zdiu ip̄a dictio ſuā retinet formā ⁊ naturā tādiu ip̄a ſignifica/
tio manet: ita etiā donec forma panis in ſua manebit natura:
ſp intus pmanet corpus xp̄i. Uerū qꝛ quelibz ps hoſtie hz ſpe
ciē ⁊ nomē panis: ſiue pua ſit illa ſiue magna. ideo ſub q̄libet p
te notabili eſt totus xp̄s. Quintū. ſicut ſpeculū q̄ntūcūqz ma
gnū nō recipit in ſe niſi vnā imaginē vnius hoīs. qꝫ ſi frāgatur
in multas ptes: in q̄libet ſpeculi pte tota patebit hoīs imago.
que p̄us apparuit in toto ſpeculo adhuc integro Pari mō. ſit
vna hoſtia magna inſtar mōtis nō erit tn̄ in ea niſi vnū corp9
xp̄i. qꝫ ſi illā hoſtiā fregeris in mille ptes in q̄libz pte erit totus
xp̄s: vn9 numero in ſingulis ⁊ in oībus vnus ¶ Dominicus
Sufficiēter his exēplis optimis ībutus ſum vt intelligā et in
multis locis ⁊ in ſingulis hoſtie effracte ptibꝫ vnū numero xp̄i
corpus ꝯtineri. Sed oſtēde obſecro qūo integrū ⁊ pfecta q̄n/
titate ſub tā puis hoſtie ptibꝫ corpus dn̄i habeat̄ ¶ Raymun

Qūo integer xp̄s ī puiſſima poſſit hoſtia cō tineri.

dus. Corpus xp̄i cū ſit ſpūale eſt in aīe naturā (quantū id fieri
p̄t) trāſmutatum. Uidemus em̄ qꝫ aīa noſtra ea q̄ in ſe recipit
in ſuā naturā ꝯuertit. vn̄ dū recipit hanc lrām. a. facit eā conti
nuo ſpūalem. ⁊ q̄ prius erat nigra vel rubea. longa ⁊ lata: fit in
aīa mere ſpūalis ſine colore ſine aliq̄ q̄ntitate. Ita cōformiter
corpus xp̄i iā glorificatū ⁊ ſpūale factū non occupat locū. ⁊ iō
p̄t ſine pondere. ſine lōgitudine. ſine pfunditate totū integꝛ in
vno indiuiſibili pūcto veriſſime ꝯtineri. Preterea videm9 pa
lam qꝫ imago ſeu ſpēs rei corpalis quantūlibz ſit magna eſt to
ta ſil̄. nec lōga eſt. nec lata. nec pfunda. nec pōderoſa: nec groſ
ſa. licet lōga eſſe ⁊ groſſa videat̄ Una em̄ magna ecc̄lia ſeu am
pliſſima ciuitas tota atqz integra ingredit̄ ſub imagine pupil/
lā oculi noſtri q̄ eſt inſtar pūcti indiuiſibilis Nō p̄terea dū dor
mit totā videt ciuitatē in ſomnis in ſua ſpecie q̄ punctalis eſt.
Cū igit̄ corpus xp̄i magis ſit ſpūale q̄z quelibet imago rei cor
poree que p pupillā intrat: ideo nō tibi mirū videri dz ſi poſſit

totū ſimul in puncto ⁊ ſine ſui diminutiōe ſub breuiſſimis ho/
ſtie ꝑticulis ꝯtineri. Veniēs em̄ xp̄s in ſacramēto ꝓpter aīam
vt eā ſibi vniat ꝑ amorē: ideo debꝫ ibi eo mō ꝯtineri quo poſſit
aīe efficacius applicari ¶ Dominicus Satis me inſtruis nō
oportere me in hoc ſacramēto quicq̄ꝫ de xp̄i corꝑe querere aut
ſcrutari qd̄ ſit vel q̄ntū. vel coloratū. vel ſaporū. vel aliq̄ ſenſu
obuiū. hoc em̄ bruteſcere eſt. ſed ſolū rem ſpiritalē cogitare. et
nō aliud p̄ciſe q̄ꝫ qd̄ v̄ba ipa ſignificāt. Hoc eſt em̄ corp⁹ meū
¶ Raymūdus. Equidē hoc ſane ꝯprehēdis. nā qd̄ videt̄ in ſa
cramēto eſt ſicut vox q̄ extra ꝑcipit̄. ⁊ hoc qd̄ illic intus ꝯtinet̄
eſt ſicut ſignificatū vocis qd̄ intelligit̄. Et ſicut ipm ſignificatū
nō eſt longū neqꝫ latū ⁊c̄. ita xp̄i corpus in ſacramēto ab oī eſt
q̄ntitate ⁊ q̄litate remotū. Accipe itē aliud exēplū. ſicut aliud
eſt forma panis. ⁊ aliud ſubā panis (forma em̄ panis videt̄ vel
in ſpeculo vel in ſomno. nō t̄n ſubā panis) ita in hoc ſacramē/
to vera ſpēs eſt ⁊ forma panis. ſed panis ſubā nulla eſt. q: mu
tata eſt in corpus xp̄i virtute v̄boꝝ eius. Et iō ſicut ſe hꝫ ſubā
panis ad panis formā: ita ſe hꝫ corpus xp̄i ad ipas ſpēs que vi
dent̄. Et q: panis ſubā ſolo ꝑcipit̄ intellectu et nullo ſenſu. ita
corpus xp̄i in ſacramēto loco illic ſube panis exn̄s intelligi p̄t
ſed nō ſentiri. Porro ſicut ſubā panis in ſe cōſiderata nō ē nec
lōga nec lata: nec aliq̄ perceptibilis ſenſu. nec locū occupat. ⁊
vbicūqꝫ eſt panis forma illic eſt ſil' tota panis ſubā. nec pl⁹ ſub
ſtātie ꝯtinet magna forma q̄ꝫ ꝑua: ita ⁊ corpus xp̄i nō eſt nec q̄
le nec q̄ntū. ⁊ reliq̄ vt iā patuit. ¶ Dominic⁹. Sed q̄d cēſen/
dū ē de illis formis q̄ remanēt ſubā trāſmutata ¶ Raymūdus
Forme ille nō incōgrue appellari p̄nt accn̄tale indumētū cor/
poris xp̄i: indumentū inquā alienū. extraneū. ꝑegrinū Ipe em̄
forme ſacramētales panis ⁊ vini q̄ an̄ habebāt ꝯditōes accn̄/
tis ⁊ inherētis: recipiūt nouū morē multo nobiliorē ⁊ altiorē
morē ſube q: ꝑ ſe ſubſiſtūt ⁊ nullo ſube adiumēto fulciunt̄ Dia
ergo in hoc ſacramento dignificant̄. q: panis fit corpus xp̄i. ⁊
ſpēs eius modū recipit ſube ꝑ ſe ſubſiſtētis. Debēt igit̄ ſpēs pa
nis ⁊ vini in magna veneratōe ⁊ honore ⁊ pietate ſeruari ⁊ co
li tanq̄ꝫ veſtimēta vnigeniti filij dei ⁊ regis ſempiterni ¶ Dn̄i
cus. Ex his patꝫ magna xp̄i ſaluatoris benignitas ⁊ profunda

humilitas: qui ꝓpter nos cibãdos tã humili dignat᷑ ⁊ ſimplici
indumento veſtiri. Primũ indutus eſt vt nos redimeret veſte
noſtre mortalitatis. ſcdo vt nos aleret induit ſe veſtimẽto pa/
nis. Primã veſtẽ ipſe ſibi fecit. ſecundã homo ꝯponit. Primã
ſumpſit ex vtero virginis. ſcdam induit in ſacrificio altaris

## ¶ De q̃rto ſacramento ſcʒ pn̄ie per quã lapſus a xp̄i gratia xp̄ianus reparatur ⁊ bñ eſſe ei reſtituitur

¶ Cap. lxxv.

Raymũdus. Nũc de ſacramẽto pn̄ie vti/
liter pauca loq̃mur. Uidemus mi dñice ꝙ in vita corpa
li ꝯtingit hoĩem morbũ mortalẽ ⁊ periculoſum incurrere q̃ vi
tam perimet tp̄alem. Pari mõ xp̄ianus in vita ſpũali pt̄ egritu
dinẽ hoc eſt mortale peccatũ incurrere: ꝑ qđ vitã amittat ſpi/
ritalẽ. Gratia em̄ cũ nõ ſit de natura liberi arbitrij (q2 aliud eſt
dei gr̃a: aliud natura) ideo eã xp̄ianus ſpõte aut ꝯtemnere aut
ꝑdere pt̄. qđ duʒ fecerit tũc reuera infirmus efficit᷑. morbidus
et morti ꝓximus. Sicut em̄ membꝝ illud in periculo eſt qđ in
fluentiã nõ ſumit a capite: ita xp̄ianus periclitat᷑ dũ nõ recipit
influxũ a xp̄o ſaluatore. ſed eſt morbidus ⁊ moribũdus. Uerũ
queadmodũ corꝑalis infirmitas medicinis ⁊ potionib9 cura/
ri ſolet: ita morbi ſpiritales remedijs ſpiritalib9 reformant᷑. Et
ideo benigniſſima xp̄i miſeratio ꝯtra vicia ⁊ pctã in q̃bus q̃ti/
die labimur ⁊ ad mortẽ diſponimur ſacramentũ inſtituit peni
tẽtie. Dñicus. Si pn̄ia (vt aſſeris) eſt ſacramentũ q̃ ſunt il/

Nota q̃uo pe/nitentia eſt ſa/cramentum

la ſigna exteriora q̃ inuiſibilẽ intus gr̃am repñtant. Raymũ
dus. Duo ſunt viſibilia ſigna. Primũ eſt in penitẽte. ⁊ ſunt fa/
cta ⁊ ꝟba exteriora q̃ ſignificãt ⁊ declarãt id quod occultũ ẽ in
corde ⁊ inuiſibile. odiũ ſcʒ deteſtatioq3 peccati. Scđm eſt in ſa
cerdote q̃ tenet locũ dei. ⁊ eſt ipa abſolutio q̃ fit in iſto ſacramẽ
to ꝑ verba q̃ remiſſionẽ exp̄mūt peccatoꝝ. Iſta duo exterio
ra ſigna duo inuiſibilia intus oſtẽdunt. Nã accuſatio in peni/
tẽte ſignificat pctõꝝ ſuoꝝ deteſtatõez. ⁊ ꝟba ſacerdotis q̃ ſunt
abſoluo te ⁊c: ſignificãt pctõꝝ remiſſionẽ. Ad culpe em̄ deſtru
ctionẽ duo ſunt nccãria. ſcʒ pctĩ remiſſio quã tribuit deus. et

Nota ꝯditio/nem vere peni/tentis.

pctĩ deteſtatio quã ſibi aſſumit hõ reus. Primo igit᷑ tenet᷑ pec
cator q̃ vult veniã ⁊ gr̃am mereri dolere. triſtari. gemere. ſuſpi

# Capitulum lxxv.

rare. lachꝛimari. Scḋo: qꝛ radix oīs peccati eſt mala volūtas
iō ad deſtructōem pctī nccārio oꝫ vt hō ꝓponat firmiſſima vo/
lūtate nūq̄ꝫ ſe vltra velle deū offendere. Tertio vt ex imo coꝛ/
dis hō cognoſcat ⁊ fateat̄ ſe in deū ſua malicia deliq̄ſſe ¶ Dñi
cus. Male igit̄ penitet q̇ vel fatū vl̄ deū accuſat hoc pacto cu
piēs ſua ſcelera palliare: inſtar ade q̇ ſub folijs latitās facinus
ſuū in deū retoꝛſit ¶ Raymūdus. Quarto: vt habeat optimā
ſpem ab indulgētiſſimo pꝛe deo ſe poſſe ⁊ veniā ⁊ grām ꝓmere
ri. ne moꝛe iude ꝓditoꝛis dolens penitēſq̄ꝫ deſperet. Quinto:
nccē eſt eū nō ſolū pctm̄ odiſſe ac deteſtari. ſed etiā cūctis viri
bus illud īpugnare. ꝑſequi. perimere. ⁊ intus foꝛiſq̄ꝫ oꝛe ⁊ coꝛ/
de acriter accuſare. ⁊ modis oībus v̄bo ⁊ facto deſtruere: al̄s
veniā nō poterit emereri ¶ Dominicꝰ. Merito id q̇dē. Nā
pctm̄ cū ſit acerrimus ⁊ neq̄ſſimus hoīs inimicus ſeꝑans euꝫ
a deo ⁊ ab oī bono. et obligās eū toꝛmēto ſempiterno: idcirco
ſummo conamine dꝫ ſe ꝯ illud hō robuſtus erigere: ⁊ ſub pedi
bus ꝓiectū ⁊ oppꝛ̄ſſum crudeli aīo ſtrāgulare. Sꝫ tu q̄ſo vltra
ꝑſequere ¶ Raymūdus. Pctm̄ cū ſit etiā inſidiatoꝛ occultus
et clam ſꝑ moliat̄ inſidias. cupit em̄ ſe celare. operire. occulere
et qꝛ inimici hoīs domeſtici eius: iō nccē eſt vt ꝑ ꝯfeſſionē pro
dat̄. reuelet̄. vt appareat ꝯfuſio turpitudinis eiꝰ. Nō potes il
li hoſti tuo durius indicere bellū nec acrioꝛē inferre ꝯfuſionē
q̄ꝫ ſi illū (dū latere voluerit) ꝓdideris: ⁊ vituperijs ⁊ ꝯtumelijs
dignū ſacerdoti mōſtraueris. Sup̄bum em̄ eſt oē pctm̄. ⁊ iō
maxīe ab illo declinat a q̇ ſe manifeſtari cernit ⁊ hr̄i cōtēptui
Eſt p̄terea deceptiuū ⁊ fraudulentū: ⁊ iō vt deceptoꝛ ⁊ falſari
us accuſari dꝫ iudicari ⁊ puniri. Debꝫ igit̄ poni in iudicio ⁊ cō
tra eū ferri ſnīa. vt cū iudicat̄ exeat ꝯdemnatus. exploſus. irri
ſus. Hūc igit̄ teterrimū hoſtē cū taliter hō fuerit ꝑſecutus ⁊ il
lū a ſe ꝓiecerit ⁊ occiderit ſtatim v̄tute ſacramēti pn̄īe redit ad
pacē dei ⁊ in amiciciā xp̄i: ⁊ accepta oīm pctōꝝ ſuoꝝ remiſſiōe
grām recuꝑat quā amiſit. Certe iā vides q̄uō hoc ſacramentū
oꝑatur etiā bn̄ eſſe aīe. qꝛ veniam tribuit ⁊ grām refundit. Vi
des q̄ꝫ q̄uō pn̄ia ſit ſecūda tabula poſt naufragiū: et ſcḋa ſcala
poſt baptiſmū. ꝑ quā xp̄ianus collapſus iteruꝫ aſcēdit ad xp̄m
In qua ſcala ſſꝫ tres gradus ſcꝫ doloꝛ coꝛdis. ꝯfeſſio oꝛis. ⁊ ſa

tiſfactio oꝑis ‖ Dominic⁹. Infinita nūc apparet xp̄i dulciſſi
ma miſeratio: ꝗ hoī ſe ꝯtēnenti ⁊ grauē iniuriā faciēti tale ꝯtu
lit recōciliatōis anthidotū: tale ſuoꝝ vulneꝝ remedium. Hinc
ſumma daꝛ hoī pctōri ſecuritas: cū videt ſe ab eo ꝗ offenſus ē
in grām pacēqꝫ vocari ‖ Raymūdus. Dīno neccē fuit xp̄iano
peccāti talē clemētie manū ꝓtendere. ne ꝓpter immanitatē ſui
reatus aliquotiēs deſperet. Multo em̄ grauiꝰ ⁊ ꝓfundius ca
dit poſt baptiſmū ⁊ acceptā tantā xp̄i grām ꝙꝫ ante ‖ Domini
cus. Oro te vt aliquātis id mihi rōibus demōſtres.

## ¶ Qꝛ hō̄ xp̄ianus multo periculo- ſius cadit poſt acceptā xp̄i grām ꝙꝫ an̄ ¶ Capitulū. lxxvi.

RAymūdus. Dixim⁹ ſup̄ ꝙ qn̄ ꝑmus parēs cū ſua ſobole
a ſtatu in ꝗ illū deus creauerat receſſit: ſtatim in aliū ſta-
tū collapſus eſt. Cadēs em̄ a deo ⁊ a ſtatu optime nature ceci
dit ī ordinē iuſticie obligās ſe pene tꝑali atqꝫ ꝑpetue. Pari mō
hō xp̄i ſanguine ⁊ baptiſmate renatꝰ dū recedit ab hoc digniſ-
ſimo ſtatu in ordinē cadit iuſti iudicij. Et tāto grauioribꝫ ſup-
plicijs ē dignus ꝙꝫto maiora ſtꝫ ſacramēta ꝗ ꝯtēnit. Preterea
ſicut multo difficiliꝰ deus hoīem redemit ꝙꝫ ꝯdidit. ꝯdidit em̄
ſine labore: ſꝫ vſqꝫ ad mortē fatigatus eſt dū redimeret. ꝓbuiſti
mihi inq̄t laborē in pctīs tuis. iō multo infeliciꝰ delinq̄t ꝗ ingꝛ̄
tus ꝯtēnit ſe redēptū ꝙꝫ conditū. Tertio. peccās an̄ baptiſmū
in ſolū delinq̄t creatorē. ſed ꝗ ingratus poſt baptiſma iā pec-
cat: creatorē offendit ⁊ redēptorē. atqꝫ hoc mō et culpa gemi-
naꝛ ⁊ pena. Quarto peccat etiā in totū corpus xp̄i miſticū qđ
eſt eccl'ia ſcōꝝ a ꝗ ipſe ſe diuidit ⁊ vnū de xp̄i membris abcidit
Quinto. ſicut ꝓ repatione hoīs lapſi neccē fuit deū hoīem mo
ri: ita neccē eſt ad reformandū hoīem ſcđo lapſum poſt baptiſ-
mū rurſuꝫ ieſum xp̄m occūbere. qꝛ pctm̄ deſtrui nō p̄t niſi mor
te filij dei ‖ Dominicꝰ. Sꝫ nunq̄d xp̄s iteꝝ dꝫ crucifigi iā fa-
ctus īmortalis. Nunq̄d nō vna mors ſua ſufficit ad totius or
bis exhauriēda pctā ‖ Raymūdus Sufficit eq̄dem. ſꝫ totiēs
xp̄s miſtice īmolaꝛ quotiēs in expiatōeꝫ ſceleꝝ nr̄oꝝ mors ſua
hūili memoria reuocaꝛ. Qui em̄ peccat rurſuꝫ ſibi dei filiū oc-
cidit: ⁊ nō p̄t huius ſceleris veniā ꝓmereri niſi xp̄i mortē iterū

# Capitulum lxxvi.

renocet ⁊ paſſionē ſuā in memoria portet deuotōe. ꝯpaſſiōe. fi
de. Qđ q꜡ pauciſſimi faciūt. iō pctm̄ regnat: ⁊ pn̄ia oīs euacu
at. Mors em̄ xp̄i ſupat oīa pctā ⁊ expiat vniuerſa: dū hō eā ſi
bi applicat ꝑ mēoriā pn̄ia mediāte. qđ dū fecerit ita illđ gratū
accipit xp̄s dn̄s tanq̄ꝫ ſi ip̄e eā ꝓ ſe mortē ꝑtuliſſꝫ. atq̄ꝫ hoc mō
regenerat̄. renouat̄. rebaptizat̄. nō vndis baptiſmatis qđ itera
ri nō p̄t. ſed roſeo ſanguine agni īmaculati xp̄i. ¶ Dominic⁹.
Cū em̄ in h̄ lapſu poſt baptiſmū hō teneat̄ nō ſolū ītus ꝯ̄uiter
ingemiſcere. ſꝫ etiā ꝯdignā ſuis malis foris pn̄iam agere. cūq̄ꝫ
ip̄m pctm̄ ſit infinitū ⁊ eternū. eo q̄ in deū optimū ꝯmiſſuꝫ ſit.
q̄ eſt infinitus ⁊ interminabil̄: q̄uo poterit hō fragil̄ et mortal̄
huiuſcemōi pn̄iam ad vnguē vſq̄ꝫ ꝯplere. Q̄uo poterit hō fini
tus rē infinitā termīare ¶ Raymūdus. In q̄libet pctō morta
li tria oꝫ aīaduertere. Primū ē ip̄a offenſa ⁊ ꝯtēptus dei. Se-
cūdo ip̄a opis neq̄cia q̄ penitus inordinata ē ⁊ fieri nō dꝫ Ter
tio eſt id qđ eſt in pctō volūtariū: q̄ ſunt ꝯſenſus. delectatio. ⁊ | Tria ſunt in q̄libet peccato
rei peſſime ꝯplacētia. Hec duo vltīa ſicut finita ſūt ⁊ terminuꝫ
hn̄t: ita ⁊ penā merent̄ tp̄alē ⁊ tīminabilē. Sꝫ illud p̄mū pn̄iaꝫ
exigit infinitā. Veꝝ q꜡ oīs culpa ſolui p̄t ꝑ diſplicētiā tanq̄ꝫ ꝑ
ſuū ꝯ̄triū. iō ſi hō ceperit deteſtari ex aīo malū qđ fecit. ⁊ aſſu
mere dolorē infinitū ꝓ infinito offenſo deo culpe ⁊ pene ꝑpe-
tue veniā obtinebit ¶ Dominicus Adhuc ꝑmanet qđ q̄rebā.
Q̄uo q̄s poterit accipe diſplicētiā infinitā. nunq̄d ad īpoſſibile
nos obligat de⁹ ¶ Raymūd⁹ Nō te obligat de⁹. ſꝫ tu teip̄m.
noli peccare ⁊ lōge a te erit obligatio iſta infinita. Sꝫ agnoſce
nūc q̄ꝫ ſit hoī lapſo xp̄i miſeratio nccāria Nā q꜡ hō miſerādus
nō p̄t in immēſuꝫ dolere nec culpā infinitā deſtruere. iō illi ꝑ-
rogat paſſionē ſuā miſerator xp̄s: q̄ cū ſit infiniti p̄cij facile cul
pā ſubruit infinitā Et iō mors xp̄i iūcta cū hoīs pn̄ia culpā de
ſtruit ꝓut eſt offenſa dei. Verū q꜡ culpa eſt etiā inordinata et
volūtaria. ideo debet̄ ei pena tp̄alis iuxta qualitatem culpe. ⁊
hec reſeruat̄ iudicio ſacerdotis ſi eſt occulta. vel publici iudi-
cis ſi eſt manifeſta ¶ Dominicus. Hinc pulcre apparet q̄ꝫ ne
ceſſariū ſit pn̄ie ſacramentū: in quo facta occulta cōfeſſione ta
le ſecretū iudiciū celebrat̄. Sed rogo te nunq̄d poſt factā con
dignā penitentiā hō xp̄ianus p̄ſtine redditur ſanitati.

¶ Nũ ſicut baptiſmus dimittit re-
liq̃as p̃mi lapſus in carne: ita pnĩa relinq̃t reliq̃as ſecũdi lap/
ſus in aĩa. ⁊ quomodo expiantur ¶ Capitulũ. lxxvij.

RAymũdus. Dicã tibi ad tuã queſtionẽ qđ te ſcire oporte
at. Sicut ſe hꝫ baptiſmus ad p̃mũ lapſum: ita ſe hꝫ peni
tẽtia ad ſcđm. ſed baptiſmus derelinq̃t reliq̃as in ipa carne vt
ſupra patuit: ita ⁊ pñia relinq̃t nõnullas reliq̃as in aĩa. Agno
ſce itaqꝫ ꝙ poſt ꝑpetratũ peccatũ duo remanẽt etiã ope trãſeũ
te. ſcꝫ offenſa ſeu iniuria dei cui annectiť obligatio tꝑalis ⁊ per
Nota h̃ đ pec/ catoꝝ reliq̃is. petue pene. Alterũ: diſpoſitio ⁊ inclinatio ad ſimilez neq̃ciam
ꝑpetrandã. Actus eñi humani eã habẽt conditõem ꝙ ſꝑ ſuaꝫ
in mẽte relinquant imaginẽ. ac ꝑ hoc dũ malũ crebro iteratur
naſciť quedã cõſuetudo volũtaria malã opationẽ delectabiliť
ꝯſummãdi. Hoc gẽtilis poeta ꝯſiderans ita canit. Sed quia
delectat veneris decerpere flores. dicimus aſſidue: cras quo/
qꝫ fiet idem. Iſta aũt inclinatio ſeu habituatio viciũ quoddaꝫ
eſt in aĩa generatũ: ⁊ hoc reliq̃as dicimus pctõꝝ. In om̃i quip
pe pctõ fit auerſio a deo: ⁊ cõuerſio inordinata ad creaturas. ⁊
iſtud totũ vocať mortale pctm̃. qꝛ aĩam mortificat ⁊ penis de
ſtinat ſempiternis. Verũ dum hõ auerſus ad deũ ꝑ pñiam re
dit: tolliť quidẽ mors aĩe ⁊ pena gehenne. manẽt tñ ꝑpter cre
bram quã habuit in creaturis delectatõem q̃dam reliquie que
aĩam egrã. languidamqꝫ relinquũt vt non poſſit tota ỽtute in
amorẽ ſui aſſurgere redẽptoris: inſtar eius q̃ cura alicuius me
dici de portis mortis abſtractus adhuc iacet valitudinari⁹ et
infirmus. eo ꝙ nondũ mali corporis humores purgati ſint.
¶ Dominicus. Placet apprime qđ dicis. Sed he reliq̃e qua
Nota q̃ũo re/ liq̃e purgãtur. medicina poterũt queſo purgari ¶ Raymũdus Tria ſunt op
tima remedia q̃bus ocius repurgenť. Primũ eſt. crebra. volũ
taria. fidelis. ⁊ verecũda ꝯfeſſio. q̃ q̃nto fuerit frequẽtius cũ ge
mitu repetita: tãto efficacius medelã egro cordi largiť. Secũ
dũ eſt deuota euchariſtie mãducatio Nã ex quo he reliquie vi
cioſe impediũt animã ne poſſit in xp̃m ꝑ amorẽ aſſurgere (ꝯpa
ranť eñi pigris frigidiſqꝫ humoribꝫ) ⁊ qꝛ ſacramentũ euchari
ſtie eſt ſacramentũ amoris ⁊ ignis: ⁊ cibꝫ ardẽtiſſime charitatis

ideo dū ſumit ab aīa languēte frigida et indeuota quicq̄d illic
vicioſum eſt ſuo igne ꝯburit: ⁊ inclinatōibus p̄ſtinis expulſis
habitus inſerit optimos ⁊ p̄mis longe ꝯtrarios. Hoc mō aīa
purgat. illuminat. perficit vt iā nō ſit qđ ante fuerat. Preterea
ꝑ hoc ſacramentū hō maxime vnitur morti ⁊ paſſionibꝫ xp̄i: q̄
oīa mala nr̄a citius expellūt: ac ꝑinde hō ꝯſeq̄tur nō ſolū cul-
parū verūetiā penarꝫ ⁊ reliquiarꝫ purgatōez // Dn̄icus. Hinc
optime liquet ꝙ ex quo hō p̄t frequēter cadere in mortale pec-
catū. iō dꝫ ſe diligēter exercitare in iſtis duobꝫ ſacramētis Nā
ꝑ pnīam hō reſurgit a lapſu ⁊ vitā recupat ⁊ amiciciā dei: et ꝑ
euchariſtiā ꝯtra reliq̄as vires reſumit ſpūales ⁊ fortitudinē ac
robur multiplicat. Sed nunc de tertio remedio aliq̄d dicito.
// Raymundus. Tertiū eſt voluntaria tribulationū ꝑpeſſio.
Tribulatio eñi et afflictio retrahit aīam a carnis delicijs. a mū-
di oblectatōibꝫ. ab inordinatis rerū periturarꝫ amoribꝫ: ⁊ tāq̄
in camino ardēti aīam purgat ⁊ clarificat. Dū eñi quaſi q̄dam
flagello cogit ab amore rerū viſibiliū recedere ardētius ⁊ expe-
ditius ꝑgit in amorē dei. Porro amor dei dū fuerit tribulatōi-
bus admixtus reddit eas leues. portabiles. volūtarias. iocū-
das. meritorias. ⁊ ſupra modū aīam repurgātes Atqꝫ hoc pa-
cto aīa roborat. illuſtrat. ꝑficit. ⁊ inflāmat. ⁊ cū xp̄o inſeꝑabili-
ter vnit. // Dominicꝰ. Nunq̄d ad purificandā aīam ſolus ſuf-
ficit amor xp̄i: niſi etiā triſtiſſimus iſte aduerſitatū fornax aſſo-
ciet // Raymūdus. Nō vtiqꝫ. Aīa eñi hūana cū habeat libe-
rū arbitriū nō cogit ire ad xp̄m nec a ſuis abcedere voluptati-
bus niſi ip̄a velit. At qm̄ delectatōes aīam ligāt cū ſua carne:
ideo ip̄a tribulatio iā oīno neccāria eſt: q̄ inſtar mallei ꝑcutien-
tis aīam cogat ad xp̄i amorē ꝓperare atqꝫ inherere Dn̄icus
Inuēti ſūt aliqñ nōnulli innocētes atqꝫ optimi viri q̄ magnis
ſunt aduerſitatibꝫ examinati: nunq̄d iſtis fuit tribulatio neccā-
ria cū nihil haberēt qđ purgaret Raymūdus. Difficillimū
eſt aliquē tam innocētem ꝓducere in mediū q̄ oīno nihil in ſe
habeat qđ emundet. cū in multis deliq̄rimus oēs. Sed eſto
Eſt tñ ſꝑ tribulatio neccāria ⁊ ad purgādos vicioſos affectus
vt in penitētibꝫ: ⁊ ad tenacius aīam xp̄o glutinandā ⁊ feruēti-
us vniendā vt in innocētibꝫ Hoc igit firmiſſime obſerua. ꝙ ſi

Nota de tribu-
lationū volūta-
ria ꝑpeſſione

cut ſacramēta ſunt aīe nccāria ad ſalutē: ita ⁊ tribulatōes ſunt
neceſſarie inſtar ignee fornacis cū ſuis follibus vt aurū exami
neť. purgetur. illuſtreť ¶ Dominicus. Libēs aſſentior ſermo
nib⁹ veritatis. Sed dicito mihi. cū multi hinc exeant nouiter
penitētes: de qbus certum eſt ꝙ nondū ad purum excoxerint
ſcoriā peccatoꝝ. nec ad liquidū ſcelerū ſuorū reliquias purga
uerint. Quid rogo de iſtis in alia vita futurū reris. Nunquid
damnabunť. Sed ſunt penitētes: nūquid ad gloriam trāſferē
tur. Sed adhuc ſunt in reliquijs ⁊ fecibus ſuorum ſcelerū ꝓ-
fluentes ¶ Raymūdus. Ecce hec queſtio tua cogit nos om-
nino poſt hanc vitā locū ponere purgatoriū. Cū em̄ culpe de

Nota de purgatorio igne

beať plena punitio (hoc quippe exigit diuina iuſticia) iō om̄is
anima q̄ nō eſt in hac vita ſufficiēter punita anteq̄ȝ trāſeat in
cōſortiū dei: ⁊ illā ſereniſſimaȝ oīpotentis faciē poſſit aſpicere
nccē habet in alia vita puniri. tribulari. atq̄ȝ ita purgari. Ue-
rū quia diuina iuſticia eſt in ſummo gradu iuſtiſſima ⁊ ſeueriſſi
ma ⁊ maloꝝ diſtrictiſſima pſecutrix. iō mala q̄ p ſemetipm de-
us punit poſt hanc vitā tanta aīaduerſione penarū pſequiť vt
nulla mens id poſſit aliq̄tenus cogitare Idcirco illa aīa q̄ ſuf-
ficiēter nō purgať in curia miſcdie dum hinc exit cadēs in ma
nū iuſticie amariſſima expietur tormēta oībus hui⁹ mūdi acer
bitatib⁹ grauiora. Et q̄nto ꝓfundius trāſeuntiū rerū delecta-
tōes in aīe medullas penetrauerint: tāto ad intima tormēta il
la deſcēdent. Quod em̄ tenacius ↄcretum eſt acriori eget ↄfri
catiōe. At qm̄ oīs purgatio fit p ſuū ↄriū. iō ſicut aīa eſt in blā
dis voluptatib⁹ inq̄nata: ita acerbiſſimis ignib⁹ expurgabiť.
nō tn̄ ſine amore dei in aīa exn̄te ſine q̄ nulla tribulatio eē pt ſa
lutifera ¶ Dn̄icus. O q̄nto ſatius q̄nto facili⁹ eēt hoī in hac
vita ſua delicta mūdare q̄ȝ illʼ intolerabilib⁹ ſupplicijs īfelicit
reſeruari. vbi eſt ⁊ cruciatus amarior. ⁊ pena ꝓductior. Sed
nos ceci vecordeſq̄ȝ ꝟtutē pn̄ie vite hui⁹ diſſimulātes aut ne-
ſciētes eā vſq̄ȝ ī aliā vitā nō ſine maxio diſpēdio nr̄o differim⁹

## ¶ Que ſunt illa q̄ poſſunt inducere hoīem lapſum ad penitentiā ¶ Capitulū. lxxviij.

Raymūdus. Uerꝫ tu dicis. oēs ad pn̄iam ſegnes ſumus

eo ꝙ ignoꝛemus magnitudinē virtutis eius Unde ſi non ti/
bi videtur impoꝛtunū: introducā breuiter aliq̄ incitamēta que
hoīem dirigāt ad pniam ¶ Dominicus. Queſo vt id ocius fe/
ceris ¶ Raymūdus. Primū qḋ hoīem ꝓuocat ad pniam eſt:
ꝙ ipſa pnīa ſup̄ modū placet altiſſimo deo. Nā cū deus nihil
aliud deteſtať q̄z ipam pcti maliciā. eo ꝙ ſupba ceruice contra
deū rebellē ſe erigit: idcirco is ſumme venit in grām dei q̄ toto
coꝛde. oꝛe. atq̄z ope pctm̄ īpugnat. ꝯfundit. deſtruit. explodit.
Atq̄z iō pnīa ſpūs ꝯtribulati eſt acceptiſſimū ſacrificiū deo et
ſuaue fragrās in ꝯſpectu eius. Scdm̄. ꝑ pniaz hō nō ſolū pla
cet deo. ſed etiā vniuerſis amicis dei. Quia gaudiū fit angelis
dei ſup vno pctōꝛe pnīam agēte. Tertiū. hō ꝑ pniaz q̄ erat pe
nitus deſtructus ⁊ ꝑditus ⁊ eterna moꝛte ꝑemptus: reꝑatur. vi
uificať. ſaluať. ⁊ ſe ſuo cū gaudio reſtituit creatoꝛi: in eū finē di
rigēdum ad quē ꝯditus ⁊ redēptus fuerat. Quartū. ꝑ pniam
hō ꝑtingit ad viſionē dei. ſummi dei. eterni dei. Pnīa em̄ eſt p̄
cipuū atq̄z optimū quo coꝛ hoīs mūdať qḋ ſolū p̄t videre deū
Iō beati mūdo coꝛde: ipi em̄ deuz videbūt. Quintū. maxime
inducere nos dz ad pnīam oculus diuine circūſpectōis q̄ oīa
ſecreta hoīs intueť. Debz igiť ſummope ꝑtimeſcere ne teneat ī
coꝛde ſuo inimicū dei. ne ipm hoſpitet. nutriat. diligat. defen/
dat. Quis hoīm in regno hyſpanie auderet hoſpitio recipe et
enutrire capitalē aduerſariū regis ipo p̄nte. vidēte. ꝯdicēte. q̄s
auderet ingredi domū regis ⁊ poꝛtare atq̄z obijcere oculꝭ eius
imaginē depictā inimici ſui. Quis rurſuz tā ingrtus auderet vi
uere de mēſa regis: ⁊ ipo ſciēte alere iñ hoſtē ſuū. Pertimeſcat
igiť hō pctoꝛ ne ſi deo vidente hoſtē ſuū hoſpitio coꝛdis rece/
perit vltionē expiať amarā ⁊ cū ipo hoſte in abyſſum roteť in/
ferni ¶ Dominicus. Quis nō mireť indulgētiſſimā dei clemē
tiaz q̄ videt nos q̄tidie ſuos hoſtes hoſpitio recipe. amare. nu
trire. defendere. ⁊ tñ dulcis miſeratoꝛ ꝑcit nobis. ⁊ inſup nos
fouet. defendit. ꝓtegit Nos ſuis fauemus inimicis. ⁊ diabolo
ſuaſoꝛi ꝑtinacitꝰ inheremus: ipe nos expectat. ꝓuocat. ⁊ ad ve
niā clemēter inuitat ¶ Raymūdus Sextū. ad pniam nos iui
tat iuſtiſſima ⁊ acerbiſſima pctoꝝ punitio: q̄cq̄d aut coꝛde aut
voce aut ope peccauimus neccē ē añ dei hoīs tribunal examīari

examinatū vero diſtrictiſſime puniri. Septimū ad pn̄iaꝫ nos ꝓuocat certitudo mortis ⁊ hore mortꝭ incertitudo. Jō hō peccator multo eſt oī amēte ac furioſo demētior ꝗ in tāta ambiguitate ⁊ incertitudine labilis vite: audet ad vnā horā in ſuis ſceleribꝫ ꝑmanere: exponēs ſe infelix eterne mortis ꝑiculo. Octauū. ad pn̄iam nos impellit p̄cioſa mors xp̄i et roſeus ſanguis eius ꝗ in remediū pctōꝝ effuſus eſt. Hec mors hic ſanguis illi nō ꝓderūt ingrato ꝗ pn̄iam agere ꝯtempſerit. qui clamantē xp̄i ſanguinē ⁊ ad grām inuitantē ſurda aure trāſierit: cui eterna dānatio veriſſime manet ⁊ ſuppliciū ſempiternū ⁄⁄ Dominicus. Stupēdum ꝓfecto eſt q̄uo poſſit hō vltra ſuū diligere pctm̄ ꝑ quo deus ⁊ mortē ꝑtulit ⁊ ſanguinē fudit. Q̄uo pōt ſe ip̄m ꝑferre malū ꝗ nullas extra ſe res vult hr̄e corruptas. non domū. nō veſtē. nō vxorē. Quid tā morte dignū q̄ꝫ aīam eterno victurā contēnere ⁊ res cito ꝑituras amare. terrena ſectari et celeſtia negligere. extra ſe oēm operā impendere: ⁊ ad ſeip̄m nō ſemel introrſum aduertere. pulcre oīa foris diſponere: ⁊ internū decorē ꝓ nihilo hr̄e. aliaꝝ reꝝ damna reformare: ⁊ ꝓprios defectus inemēdatos dimittere. ab alijs iuſticie debitū exigere: ⁊ nullā ſibi ip̄i iuſticiā p̄rogare. a nemine noceri velle: ⁊ ſe ip̄m ꝯtinue iugulare. alias res oēs velle cognoſcere: ⁊ ſeipſum nolle reſpicere. Sed cōprimo zelum meū. tu vero ad alia que reſtant ſacramenta progredere.

## ¶ De quinto ſacramēto qđ eſt extrema vnctio: ꝑ quā daꝛ hoi bn̄ eſſe ⁊ grā ¶ Capitulū. lxxix.

Raymūdus. Poſt ſacramentū pn̄ie (de ꝗ nūc ſatis diffuſe locuti ſumus) ſeq̄tur extreme vnctōis ſacramētū. ꝑ qđ hō recipit bn̄ eſſe. qꝛ diſponiꝛ ⁊ p̄paraꝛ ad ſanctā ſanitatē ⁊ vigorē ſpūalem. Curat em̄ hec vnctio oēm languorē ⁊ morbum aīe. ⁊ reliq̄as oēs eliminat: ⁊ nōnunq̄ꝫ etiā corꝑis egritudines ſanat ⁄⁄ Dominicꝰ. Sed q̄re vocitaꝛ hoc ſacramentū vnctio extrema ⁄⁄ Raymūdus. Quia extremo vite tp̄e hoi infirmāti et mori incipienti tribuiꝛ. Ex ꝗ em̄ necē eſt hoiem hinc exire. ⁊ ad eternā requiē quā ꝑ pn̄iam meruit ꝓficiſci. ⁊ qꝛ aīa a ſua carne grauaꝛ. trahiꝛ. inficiꝛ. maculaꝛ. ⁊ debilitaꝛ: iō indiget nouo

vigoꝛe vt in taꝫ ḡui agone moꝛtis nõ ſuccũbat. nõ titubet. nõ
deſperet. ſed magis in dei amoꝛe roboꝛet̃ ⁊ xpi deſiderio copu
let̃. Duo q̃ppe p̃cipua ſunt q̃ aiam impediũt ne recto tramite
ꝑuolet ad deũ. vnũ eſt debilitas q̃dam ex pctõ derelicta. aliud
eſt ꝯgeries multoꝛũ venialiũ pctoꝝ q̃tidie exaggerata. Ꝓpt
hec duo mala remouẽda dat̃ extrema hec vnctio ꝑ quã aie de
bilitas roboꝛat̃ ⁊ pctm̃ oẽ veniale diluit̃: ita tñ ſi deuote illam
vnctionẽ hõ recepit ⁊ mentẽ ſuã ad deũ ꝯuerterit. // Domini
cus. Nũc q̃ſo paucis oſtẽdito q̃d hec viſibilis vnctio interius
opetur // Raymũdus. Sicut exterius vides q̃ndã fieri medi
catiõem cũ oleo in egrotãtis coꝛpe: ita ſignificat̃ ꝙ introꝛſum
aia ꝑ dei grãꝫ curat̃: ⁊ vt ad celũ velocius euolet roboꝛat̃ Pre
terea. ex q̃ moꝛs ingreſſa eſt ꝑ feneſtras nrãs: ideo fit vnctio in
ſeptẽ coꝛꝑis ꝑtibꝰ. Vngunt̃ em̃ oculi. aures. nares. manꝰ. pe
des. labia. ⁊ renes: vt ſignificet̃ ipam aiam hoc ſacramẽto di/
ſponi ad plenitudinẽ ſanitatis deletis pctis oibus q̃ his ſeptẽ
coꝛꝑis ꝑtibꝰ ꝯmittunt̃. Preterea ſicut oleũ nõ mixtũ nitidũ eſt
et ſerenũ: ita hec vnctio q̃ fit ſimplici oleo ꝯſciaꝫ hoĩs mundã
facit ⁊ dei gr̃a refulgentẽ. Verũ. qꝛ ꝑ hoc ſacramentũ fit cura/
tio venialiũ pctoꝝ: iõ nõ dat̃ ꝑuulis q̃ ignoꝛãt pctm̃. Et qꝛ in
hoc ſacramẽto req̃ritur deuotio ſurſum leuãs: ideo nõ dꝫ dari
niſi q̃ deuote id poſtulãt mente ad ſupna poꝛrecta. At qm̃ da/
tur ꝑ modũ curatõis: iõ nõ tribuit̃ niſi multũ infirmantibꝰ. vt
exterioꝛ q̃ſi medicatio interioꝛẽ aie medelã ſignificet // Domi
nicus. Cuꝫ ꝑ huiuſcemodi vnctionẽ coꝛꝑalis infirmitas raro
adiuuet̃. quare hoc tali ſigno qꝺ falſum videt̃ res veriſſima de
mõſtrat̃. // Raymũdus. Licet tali vnctiõe moꝛbus coꝛꝑeus
nõ ſanet̃. nõ tñ ꝓpterea ſignũ eſt falſum. qꝛ nõ dat̃ ad coꝛpoꝛe/
am curatõem. ſꝫ vt ſit ſignũ. ꝙ ſicut oleo coꝛpus egrotũ ꝑungi
tur: ita egra intus aia ſpũſſci criſmate irroꝛat̃ ꝑ qꝺ ipſa roboꝛa
tur. vegetat̃. alleuiat̃. tranq̃llatur. letificat̃. ⁊ vt moꝛibũdi coꝛ/
ꝑis moleſtias foꝛtiter ꝑferat ſolidat̃. Hinc nũc breuit̃ aiaduer
te inter ꝯfirmatõem ⁊ iſtã vnctionẽ pulcrã dr̃ñam. Confirma
tio ꝯficit̃ in oleo ⁊ balſamo. vnctio aũt in oleo ſolo. Illa in ver
bis fit indicatiuis. iſta in verbis dep̃catiuis. Prõ em̃ egris ne
ceſſaria eſt moꝛituris: ⁊ ad dei terribile iudiciũ migͣturis. Pre

Nota q̃d hec vnctio i͂terius operatur.

terea illa fit ſigno ſcō in medio frontis: iſta in ſeptē corpis ptibus. Illa datur tpe ſanitatis: iſta aūt tpe male valitudinis. Illa ⁊ adultis daꝛ ⁊ puulis: iſta ſolū datur adultꝭ ¶ Dominicus Breui admodū ſermone ſufficiēter huius ſacramēti virtutē atqꝫ nccāriam vtilitatē explicaſti: vt merito oīs qui in mortē vrgeꝛ illud debeat toto corde deuotus expoſcere. recipere. cōplecti: quo reliquie leuanꝛ. venialia dimittūtur. aīa roboratur. et ad ingreſſum regni celeſtis coaptatur.

## ¶ Sextū ſacramentū eſt ordo per qđ charactꝰ impmiꝛ ſpūalis ptātis ſacramēta ſalutis miſtrādi

Raymūdus Sicut iā ſatis aīaduertiſti ¶ Caplm. lxxx. qꝛ iſta ſacramēta q̄ nūc tractauimus ſtꝭ hoī lapſo nccāria ita nccārium eſt aliqs eſſe hoīes q̇ hec poſſint ſacramēta ꝯficere ⁊ miniſtrare. Verꝫ qꝛ hec ſacramēta ſunt xp̄i: ⁊ nullus ꝓpria auctoritate p̄t res alienas diſpēſare: iō nccē eſt vt xp̄s ordinet viros aliqs q̇ ſua poſſint ſacramēta hoībus in cōe diſtribuere Eſt igiꝛ nccāria ptās in terris diſpenſandoꝝ ſacramētoꝝ xp̄o dn̄o id largiēte. id ordināte. ¶ Dn̄icus. Hinc ego duo eſſe neceſſaria hoībus ad ſalutē intelligo. Primū eſt ipa gr̄a ꝑ quam regeneranꝛ ⁊ ꝑficiunꝛ. ſcd̄m eſt huiꝰ gr̄e ꝑ ſacramēta miſtrādi officiū. Et in his duobꝫ totū ꝯſiſtit humane ſalutis ꝯplementū Sicut em̄ ad generatōem hoīs ꝯcurrūt deus creator ⁊ hō genitor (hic nēpe carnē adminiſtrat ⁊ deus aīam) Ita in hoīs regeneratōe ꝑ ſacramēta q̄ res ſtꝭ viſibiles ꝯcurrūt etiā deus et hō: nā hō adminiſtrat corꝑalem ſacramentoꝝ ſubam: ⁊ deus inuiſibilē grām. Sacramentū em̄ tenet modū corꝑis: ⁊ gr̄a ē ſicut īuiſibilis aīa. Et ſicut in naturali generatōe pater hō corpus tribuit: ſed aīam donare nō p̄t. ita ptās miſtrandi res ſacramentoꝝ viſibiles dari potuit hoībus. ſed ptās grām creandi ſeu cōferendi penes ſolū reſidet ſaluatorē. Sed q̄re hoc ſacramentū (de quo nūc agimus) vocaꝛ ordinis ſacramentum ¶ Raymūdus. In iſto ſacramēto q̄dam grādis auctoritas ⁊ honoris ptās aliq̇bus viris tribuiꝛ qua ſup̄ ceteros hoīes altius eleuanꝛ ⁊ q̇buſdā gradibꝫ attollunꝛ. Ubi aūt eſt vnus altero ſuperior illic ordo ſit nccē eſt: q̇ inter xp̄ianos vnū attollit

Duo ſunt hoī nccāria ad ſalutem.

ſup̄ alteꝝ. Sicut em̄ oīa mēbra hūani corꝑis in hoc ꝯueniūt
ꝙ viuūt. ꝙ calēt. ꝙ nutriunt̄. ꝙ mouent̄: longe tn̄ dr̄n̄t penes
officia ſingul' diſtributa. Ita oēs xp̄ifideles in fide. ſpe. ⁊ chari
tate ꝯcurrūt. ſ3 dignitatis ptās vnū eleuat ſup̄ aliū. Et iō xp̄ia
nā gentē in duos nccārio pp̄los ſubdiuidim⁹. vnus ſt3 laici. ⁊
vn⁹ clerici. At qm̄ clerus diſtributōe ſacramētoꝝ xp̄o ꝓxime
appropinq̄t. iō ē laicis dignioꝛ. ſublimioꝛ. nobilioꝛ ¶ Dn̄icus
Intelligo ordinē. cupio tn̄ noſſe q̄re hic ordo dat̄ ꝑ modū ſa/
cramēti: ⁊ an h̄ ſacr̄m recipiēti grāz largiat̄ ¶ Raymūd⁹ Ex q̄ — Quō ordo ſit ſacramentum
ſacramētoꝝ miſtri debēt ab alijs ſepari ⁊ attolli. iō nccāriū eſt
vt h̄ fiat ꝑ aliq̄ ſigna manifeſta. Nā ſicut xp̄ianus dū ſepatur ꝑ
baptiſmū a nō xp̄iano recipit caracterē in aīa idelebilē: ita dū
hō xp̄ianus accipit tā grandē ptātē ſup̄ ceteros vt poſſit ſacra
mēta ꝯficere ⁊ ꝯferre imp̄mit̄ ei caracter īmortalis ꝑ aliq̄ ſigna
manifeſta. atq3 iō oportuit vt tal' ptās ꝑ modū largiat̄ ſacramē
ti ¶ Dn̄icus. Sed nūq̄d iſte caracter īpreſſus dū ordo ꝯfert̄
grā dici d3 ¶ Raymūdus. Lic3 iſte caract̄ ſit res inuiſibil' aīe — Q' ſacramētū ordinis grām nō largitur. ſ3 poteſtatem.
imp̄ſſus: nō tn̄ eſt grā. ſ3 eſt q̄dā ſpūalis ptās a xp̄o collata q̄ in
eternū deleri nō p̄t. Nā q2 alij xp̄iani aſſimilant̄ xp̄o ꝑ grāz. iō
o3 vt vltra hanc grām quā etiā iſti in alijs ſacramētis recipiūt
aliud q̄ddā ipis in aīa imp̄mat̄ ꝑ qō ſup̄ alios eleuent̄ et xp̄o ꝓ
pinq̄us ꝯpent̄. Idcirco q̄3uis hmōi hō ꝑdat grāz ſibi collatā
nō tn̄ iō ꝑdit hāc inuiſibilē ptātem: q̄ illi vt caract̄ indelibil' ꝑſe
uerat. ¶ Dn̄icus. Sed quō ꝓbas rogo ꝙ iſta ptās nō poſſit
amitti ¶ Raymūd⁹ Iſta ptās miſtrandi ſacr̄a nō dat̄ his q̄b9 — Nota characterē ordinis indelebilem
dat̄ ꝓpter ſeipos ſ3 ꝓpt' alios q̄b9 nccē eſt ex ſacramētis accipe
grāz. iō o3 vt etſi hi miſtri ſuā grāz peccādo ꝑdāt. nō ꝑdūt tn̄ in
delebilē ptātē. Preterea. ſi clīcus poſſet ſuā amittere ptātē: dā
na maxia xp̄iano pp̄lo ꝓueniret q̄ꝛ oīs tūc ſalus vel ꝑditio ad
bonitatē vl' maliciā pēderet ſacr̄a donātis: eēt q3 nimis īfelicit̄
nr̄e ꝓuiſu3 ſanitati. Preterea ordo ſacerdotal' q̄ ē int̄ oēs p̄nci
palioꝛ magnā h3 cū libero ar. ꝯcordiā. Nā ſicut liberꝝ ar. ē imor
tale: ita ⁊ ſacerdotiū. Et ſicut liberꝝ ar. etiā ſi fuerit corruptū ē tn̄
naturalr̄ p̄ ceteris creaturis deo ꝓxim: ita ⁊ ſacdos q̄3uis ſit vicio
ſus ⁊ ſceleribꝫ plen⁹: ī ptāte tn̄ q̄ fungit̄ ſp̄ ꝑmanet xp̄o ꝓpīqu⁹
Nā ex q̄ ſacerdos nihil grē in aīa tribuit. l3 foris ſpēs viſibiles

adminiſtret. iō ſua vel bonitas vel malicia nihil efficit ad ſacra
mēti virtutē. ita tñ dū faciat ſicuti fieri xp̄s īſtituit. Queadmo
dū em̄ hō eque generat ſiue ſit bonus ſiue malus: ⁊ deus eq̄li-
ter animā donat: ita bonitas ⁊ malicia ſacerdotis nihil īpedit
q̄n deus optimus ſp̄ det grām ſacramētis. Hinc etiā p₃ q̄ hō
aliq̄s xp̄ianus a ſua gr̄a relapſus p̄t nihilominꝰ recipe ordinis
ſacramentū. q₂ nō prereq̄rit bonitatē pſone. ſed ſolū ſufficit q̄
ſit xp̄ianus ¶ Dominicꝰ. Quantū ego ꝯſidero ptās que in ſa
cramēto ordinis ꝯfert̄ ſicut hoīs grām nō exigit: ita etiā nemi
nē meliorē reddit. Puto tñ q̄ huiuſcemōi miſter ſicut ceteros
an̄cedit altiſſima ptāte: ita etiā d₃ magna ſanctitate p̄cedere. q₂
al's tā magnifica ſacramēta nō poterūt ab eo digne miſtrari.
¶ Raymūdus. Recte arbitraris. Qui em̄ res ſacroſcās admi
niſtrat tenet̄ ipſe ⁊ ſcūs ⁊ bonus h̄ri. alioq̄n in ſuā pnicie ⁊ pdi
tōem elaborat. Quantū tñ attinet ad ſacramentoꝝ v̄tutē nihil
officit aliis ſi malus ⁊ indignus fuerit. Hoc tñ verū eſt q̄ ſi is
q̄ ordines recipit fuerit in gr̄a copioſiꝰ illi gr̄a cumulat̄. ſi ma-
lus fuerit in ſuā quidē pnicie cōſecrat̄. ſed tñ pmanet ꝯſecratꝰ
et nō magis p̄iudicat ſacramētis q̄ malus apothecariꝰ optis
a ſe cōditis medicinis ¶ Dn̄icus. Hinc luce clariꝰ apparet q̄
is q̄ vult recipe xp̄i grām in ſacramētis nō d₃ miniſtrātis mali
ciā cogitare: cū nullā tribuat ſacramētis virtutē. nō magis q̄
apothecarius q̄ medicinam conficit. qui tamē nō dat herbis
virtutem neq₃ radicibus.

## ¶ Q[uod] ſacramentū ordinis p[ri]ncipa-
liter reſpicit ⁊ ordinat̄ ad ſacr̄m eucharistie ¶ Caplm. lxxxi.

Raymūdus. Nūc ſupeſt vt breuiter dicamus huiꝰ ſacra
mēti reſpectū. Cū em̄ certiſſime cōſtet q̄ ſacramētum eu
chariſtie ſit ſummū ⁊ maximū oīm ſacramentoꝝ. eo q̄ ibi cōti
neat̄ totus xp̄s deus ⁊ hō. iō ſacramentū ordinis e directo ⁊ p̄
cipue reſpicit ptātem q̄ dat̄ ſupra ſacr̄m corpis ⁊ ſanguīs xp̄i.
et ꝓpter hoc eſt p̄ncipal'r inſtitutū. Et q₂ huiꝰ ptātis gradus
eſt vltimꝰ. iō nccē eſt aſcēſum ad hūc fieri p alios ḡdus. hoc eſt
ptātes alias inferiores donec p̄ueniat̄ ad ſummū. Tinctor em̄
an̄q̄ ponat in pāno crudo vltimū colorē ac nobiliſſimū: p̄mū

# Capitulum lxxxi.

inſerit alios colores minus nobiles qui viã faciãt ad colorẽ vl
timũ. Et iõ ad ſacerdotiũ ſex gradibꝫ ordinatis fit ſenſim aſcẽ
ſus. Primus gͣdus eſt ptãs oſtiarij. ſecũdus lectoris. tertiꝰ ex/
orciſte. quartus accoliti. qͣntus ſubdiaconi. ſextus eſt diaconi
vltimus ſacerdotis. Et qꝛ tales ꝑſone ab alijs diſtinguũtur ꝛ
eleuanť. iõ oportꝫ ꝙ ſit qͣdam drñtia viſibilis. ꝛ iõ añ oĩa ton/
ſura p̃cedit: ꝑ quã tanqꝫ in ſigno a laicis ſeꝑantur. Verũ qꝛ ſa
cerdotiũ (vt iã diximus) libero arbitrio ꝯpatur. iõ ſicut liberũ
arbitriũ eſt deo ꝓximũ ꝑ naturalẽ virtutẽ: ita ſacerdos ẽ ſacra
mẽto euchariſtie maxĩe ꝓpinquus ꝑ ptãtem ſacerdotalẽ. Itẽ
ſicut oẽs creature ꝑ liberꝝ arbitriũ ad deũ copulanť. ita oẽs in
feriores gradus ꝑ ſacerdotiũ ſacre euchariſtie cõiungunť. Et
ſicut hõ cõtinet in ſe oẽs creaturas: ita ꝛ ſacerdos p̃ter ſex gra
dus oẽs etiã xpianos. Itẽ ſicut ptãs liberi arbitrij ẽ ſup̃ alias
ptãtes naturales: ita natura ſacerdotalis gl'ie oẽs ſuꝑat virtu
tes ſpũales. Itẽ. ſicut ꝑ primũ hoĩem quẽ fecit deus multipli/
cauit alios hoĩes: ita ꝑ primũ ſacerdotẽ xpm quẽ deus inſtitu
it alios multiplicauit ſacerdotes // Dominicus. Sꝫ nunqͥd
ꝓpter ſolã euchariſtiã eſt ſacerdotis ptãs inſtituta // Raymũ
dus. Nõ ꝓpter ſolã euchariſtiã. ſed tñ (vt dixi) p̃ncipalr̃ ꝓpter
eã. Huic aũt ptãti iudiciaria ptãs q̃ in ſacramẽto pñie neccãria
eſt copulať. qꝛ nemo p̃t digne ſumere euchariſtie ſacramentũ
niſi p̃us a pctõ ſoluať. Et ſic ſacerdos ſcdãrio recipit ptãtẽ iu
dicãdi ꝛ abſoluẽdi. q̃ ptãs clauis vocať. eo ꝙ ĩtromittat hoĩes
ad xpi corꝑis ſacramẽtũ. ad xpianorꝝ ꝯſortiũ. ꝛ ad regnũ celo/
rũ // Dominicus. Placet qđ dicis. ſꝫ eſt aliud qͥddam qđ me
ꝑmouet. Cũ nullus xpianus poſſit ſibiipſi dare ptãtem ſup̃ ſa
cramentũ corꝑis xpi: iõ videť oportere eã ab alio qͥdã ſuꝑiore
recipere. ꝛ qꝛ nõ eſt ꝓcedere in infinitũ. idcirco oꝫ ſiſtere in aliq̃
maxĩo ſacerdote ſup̃ quẽ nemo ſit // Raymũdus. Dixi paulo
añ oĩa ſacramẽta ꝓfluere a xpo maxĩo ſacerdote Verꝝ qꝛ opor
tuit illũ aſcẽdere in celũ: iõ ꝑ ſeipm aliqͦs magnos ꝯſtituit ſacer
dotes qͥbus ptãtem ꝯtulit alios epos ꝛ p̃ſbyteros ordinãdi. ꝛ
vnũ pre ceteris loco ſui vicariũ ꝯſtituit q̃ hrẽt p̃minentiã lõge
ſup̃ alios: in q̃ tanqꝫ in vno capite oẽs xpiani fidelr̃ vnirentur
Hic ẽ petrus apl's ꝛ oẽs ſummi põtifices ſui ſeqͦces. qui gerit

ꝑſonã xp̄i: qui h̄z vniuerſalē ptãtem ⁊ illuminatã ſacramētũ or
dinis ↄferendi ⁊ oīa pctã penitentiũ xp̄ianoꝝ ⁊ oīa ſcelera iu/
dicãdi: abſoluēdi: donãdi. ¶ Dñicus. Egiſti ſatis q̄ſtiuncule
mee. Ueꝝ qꝛ paulo añ in laicos et cl'icos xp̄ianũ ppl'm ꝑtitus
es. iō cogoꝛ eſtimare int' laicos etiã inueniri aliquã oꝛdinis po
teſtatē ꝑ quã vnus ſup̄ alteꝝ eleuet' ſicut nũc in clero demōſtra
ſti. Uidemus em̄ ſup̄ opifices ⁊ mercatores eleuari ciuiliũ cau
ſarũ iudices. tũ milites: tũ barones: tũ comites. deiñ duces ⁊
reges donec venias ad impatorem qui caput eſt oīm.

## ¶ De ſeptio ſacramēto qd' eſt mr̄i-
monĩũ: ꝑ qd̄ datur bñ eſſe ⁊ gratia ⁊ remediũ cōtra peccatum.

Raymũdus. Si cupis oꝛdinē ptãtis ¶ Capitulũ. lxxxij
laicalis plenius agnoſcere lege librũ meũ vn ilte traſſum
ptus ē: nos ad finē ꝑperãtes neccãrijs tm̄ h̄ intēdimus imoꝛa/
ri. Pauca igit' nũc de ſacramēto mr̄imonij eloq̄mur. Cũ dñs
deus p̄mũ hoīem ↄditũ in paradiſo poſuiſſet: ↄtinuo feīaꝫ de
ſua carne foꝛmatã illi in mr̄imoniũ copulauit: vt ꝑ hanc ↄiun
ctionē viſibilē alia copula inuiſibil' (q̄ eſt hoīs cũ deo ⁊ in q̄ ſa
lus hoīs ↄſiſtit) mōſtraret'. Propter duas itaqꝫ rōes de⁹ hoc
¶ Propter duas rōnes de⁹ mr̄imoniũ īſtituit
ſanxiuit mr̄imoniũ. Una vt eēt generãdis multiplicãdiſqꝫ hoī
bus aptiſſimũ inſtrumētũ. Altera vt eēt ↄiũctōis inter deũ et
hoīeꝫ viſibile ſignũ. Ueꝝ vt iſta poſterioꝛ copula hoīs cũ deo
ꝑfectius ab hoīe notaret'. iō duas a p̄ncipio fecit de⁹ mirabi/
les ↄiunctōes. vnã q̄ ſociauit aīam cũ carne: ⁊ iſta eſt natural'
et vnã q̄ coniũxit virũ cũ muliere: ⁊ iſta eſt volũtaria ⁊ ſacramē
talis. Iſta p̄ma ↄiũctio eſt ſignum: ⁊ iō eſt ſcd̄a nobilioꝛ p̄ma.
Nã ſicut aīa eſt dignioꝛ ſua carne: ita vir ſua muliere. Itē ſicut
vna aīa vnã tm̄ h̄z carnē: ita vn⁹ vir vnã tm̄ mulierē. Itē ſicut
aīa nō p̄t a ſua carne niſi moꝛte īteruenīēte ſeparī: ita vir ⁊ mu
lier niſi ꝑ moꝛtē diuidunt'. ¶ Dñicus. Quãtũ ego aīaduerto:
ſicut p̄ma cōiũctio eſt p̄cipue ſignũ ſcd̄e: ita iſta ſcd̄a eſt ſignuꝫ
ſignificẽt manifeſtẽ. Verꝝ vt paulo altius repetã: veſtitibꝫ xp̄s
ſpoliatꝰ eſt vt tibi veterẽ hoĩem exueret ⁊ nuditatẽ tuã virtutũ
veſtibꝫ adornaret. Flagellatꝰ eſt vt q̃ merueras eterna flagel/
la deleret. Sanguinẽ fudit vt te roſeo ſuo cruore balnearet.
Spinis eſt coronatꝰ vt q̃ te pũgũt tẽptamina mitigaret ⁊ gl'a
atqꝫ honore ꝯſpicuũ redderet. Vili purpura amictꝰ eſt vt ſto
la te ĩmortalitatis indueret. Falſo adoratus ẽ vt te eternꝰ geni
tor honoraret. Cõſputus eſt vt faciẽ tue mẽtis ablueret. Arũ
dine ẽ vacua irriſus vt tibi ſolida ⁊ eterna ſceptra donaret. In
capite ceſus. vt caput aĩe tue integꝝ cuſtodiret ¶ Dñicus. O
q̃ꝫ dulcia faucibꝫ meis eloq̃a tua. iã totus in eiꝰ inflãmor amo
rem: q̃ tam indigna ꝑ me ſuſtinuit ⁊ me ſuis lãguoribꝫ repauit
Aiaduerto tñ hoc ſpectaculo hũani generis ambitiõem vehe
mẽtiſſime retũdi. Nos miſeri coronã ⁊ cydarim nr̃is capitibꝫ
impõcamur. xp̄s ſpineo ſerto trãſpungit̃. Nos auro ſericiſqꝫ li
bẽter inuoluimur. xp̄s vili purpura circũtegit̃ Nos honoribꝫ
et ſceptris delectamur: xp̄s inani arundine derudet̃. Nos lau
des hoĩm ꝯcupiſcimus: xp̄s in facie ꝯſputat̃. Nos cũ honore
delicias q̃rimus: xp̄s ⁊ exhonorat̃ ⁊ plagis afficit̃. S3 ve nob
ſi in hac vanitate ꝑſiſtimus: ⁊ ad tãte humilitatis exẽplũ impi
am ſupbiã nõ abdicamꝰ ¶ Maria. Optime tu q̃dem fili dñi
ce Nũqꝫ em̃ poterit hõ ad xp̄i gloriã ꝯformari niſi ꝑus ad cor
dis eius humilitatẽ ſe ꝯformet. ſe modificet. S3 ad reliq̃ ꝑpe/
remus ¶ Dominicꝰ. Tu ipa vidiſti mitiſſima ꝟgo q̃uo hic ſa
cer vnicus tuus ſic coronatꝰ. ſic cruẽtatus. ſic viliter veſtibus
vniuerſo pplo a ꝑſide in deriſum oſtẽſus ſit. Q̃uo q̃ꝫ exploſus
ſit ⁊ reprobatus ⁊ clamoribꝫ ad mortem turpiſſimam req̃ſitus

Cur ſpinis co
ronatus xp̄s

¶ Maria. Vidi hec fili ⁊ ꝯtabui: ⁊ pre nimio dolore tota diri
gui. Verũ tu huiꝰ pñtationis agnoſce miſteriũ Cogita q̄ſo in
illo tremẽdo iudicio cũ q̃nto rubore ac formidine reprobi oẽs
ſummis xp̄i tribunalibꝫ pñtabunt. Vt ergo electos ſuos dul
ciſſimꝰ miſerator ab iſta ꝯfuſione et tremore p̄riperet dignatꝰ
eſt ꝯtẽptibiliter pñtari. ꝯfundi. deſpici. reprobari ¶ Dñicus.
O benigniſſimũ redẽptorẽ ⁊ omi amore atq̧ honore digniſſi-
mũ ¶ Maria. At nũc aperi paululũ oculos tuos ⁊ vide q̧ cõ
fuſibilr dei filius hic pñtatur a p̄ſide: ⁊ cũ q̃nta maieſtate pñta
bit a deo p̄re. Hic ſtat ſpinis trãſfoſſus: in illo examĩe videbit
glã ⁊ honore coronatus. Hic ſtat vili veſte ꝯtectus: illic mul-
ta erit luce circũdatus. Hic ſtat plagis obſitꝰ. liuidus cruore
reſperſus: illic ſedebit ꝯſpicuus. luminoſus. ⁊ multa maieſtate
choruſcus. Hic ab oībꝫ ꝯtemnit. exſibilat. deſpuit: illic eũ an
gelice ptãtes ⁊ oẽs celoꝝ v̄tutes reuerebunt. honorabũt ⁊ ob
ſequẽtur ¶ Dñicus. Quid tũc rogo pylatus. q̇d herodes. q̇d
cayphas. q̇d ceteri eius nũc hoſtes dicturi ſt ¶ Maria. Iſtõ
certe. Ecce h̄ eſt quẽ aliq̃n habuimꝰ in deriſum ⁊ in ſilitudinẽ
ĩproperij: cuiꝰ tã inglorius aſpectꝰ apparuit: cuiꝰ nos ĩſenſati
vitã eſtimabamꝰ inſaniã: quẽ nos pupugimꝰ ⁊ iniuſto iudicio
ꝯdẽnauimus. Quõ nũc ſublimis apparet minax ⁊ vere terri-
bil: cuiꝰ nũc maieſtatis potẽtiã miſeri ſentiemꝰ: quẽ in hũilita
te poſitũ tã irreuerẽter aſp̄nati ſumꝰ ¶ Dñicus Tuis meritis
hera dulciſſima ne in illo iudicio p̄uoꝝ collegio ad ſiniſtrũ la-
tus aſſocier obnixe te dep̄cor ¶ Maria. Fiet qđ exoptaſti. ſed
iã ꝓgrediamur vlteriꝰ ¶ Dñicus Tu interfuiſti qñ pylatꝰ cla
moribꝫ victꝰ iudeoꝝ deũ iudicẽ vniuerſoꝝ ſuis iuſſit tribuna-
libꝫ aſſiſtere: in quẽ dire mortis ſñiaꝫ fulminauit ⁊ ad crucꝫ ſup
pliciũ iniuſtiſſime ꝯdẽnauit. Et ita egreſſus eſt a facie preſidis
dñs maieſtatꝫ portãs ſup ſe ſñiam acerbiſſime et turpiſſime ne
cis ¶ Maria. Heus o dñice tu rurſuꝫ ꝓmoues ad plãctũ oĩa
viſcera mea. Eſt tñ vñ nõ mediocriter in hac ſñia ꝯſolerꝫ Me
morare quõ p̄mi parẽtes cũ dei iuſſa ꝯtẽpſiſſent amara ſt mor
tis ſñia ꝑculſi. repẽte vtq̧ audiuit: terra es ⁊ ĩ terrã ibis Terra
q̧ q̄ ſpinoſuꝫ hoīeꝫ erat ſuſceptura ſpinas tribuloſq̧ ꝓduxit et
eua cũ dãno pudorꝫ filios ĩmẽſis doloribꝫ gñauit At pꝰ q̧ dei

Cur xp̄s in deriſuꝫ ſit oñſus

Cur chriſtus ſententiatus

filius multa fretus miſeratōe mortis ſuꝑ ſe ſentētiam accepit.
adā cū ſua ſobole ad vitā rediȷt. ⁊ illi nature cui dictū eſt: terra
es ⁊ in terram ibis nūc dicit̄: ſede a dextris meis. Nūc ſpinis
euulſis terra cordis nr̄i fructū germinat ſalutarē. Nūc quoqȝ
mater eccl'ia nō in dolore ſed in gaudio filios parit quos ꝑturi
uit ¶ Dominicus. Cōſolatus ſum plane hoc tuo ſermone et
ſpem maximā ꝯcipio eterne mortis ſn̄iam me euaſurꝫ. qm̄ iudex
meus eā ſuꝑ ſe innocēs accepit: ⁊ ſua iniuſta ꝯdemnatiōe meā
iuſtiſſimā expiauerit. Sed nūc ad crucis ſuppliciū veniamus
Accepta igit̄ hac ſn̄ia oīpotens ⁊ celſiſſimꝰ deus filiꝰ tuus cru
cē in ſuis humerꝫ accepit: ⁊ ſuā ipſius portās ignominiā ad lo
cū ſupplicij in medio latronū flens ⁊ ingemiſcēs hūilis ꝑpera
uit: impijs illū ꝓpellētibꝫ. irridētibꝫ. verberantibꝫ. ¶ Maria.
Cur xp̄s lignū crucis baiulat — Triſtiſſimū nūc ſpectaculū obieciſti ⁊ mille lachrimis ꝑequen
dū. Huic ego tūc meſta īterfui corde anxia aīo deſtituta. Sȝ
intuere rogo quō benigniſſimꝰ paſtor ꝓ ſuo grege ſe ꝑgit īmo
lare. Aberrauerat em̄ ouis illa cēteſima ⁊ vetita guſtādo perie
rat. Que ergo in ligno mortē acceꝑat: ꝑ crucis lignū eā ſuꝰ cō
ditor reqſiuit. queſitā repperit. repertā in ſuis humerꝫ clemēs
impoſuit: ⁊ ad paſcua eterne viriditatꝫ introduxit ¶ Dn̄icus.
Amorē redolet qđ dicis ¶ Maria. Cerne ergo verꝫ helizeum
ligno crucis ferꝫ ſecuris requirentē qđ immerſum fuerat in ꝓ
fundis aquarū. Hoc lignū cū aquas paſſionū in xp̄o attigit:
duro generi hūano qđ a ligno vetito in infernum ceciderat ꝑ
crucis lignū ⁊ aque baptiſmū ſurſū ad paradiſi gaudia vn̄ cor
ruerat adnatauit. Portat itaqȝ dn̄s ieſus crucē ſuā q̄ſi rex ſuū
ſceptꝝ. Portat crucē vt victor tropheū quā ꝓncipes deuice/
rit tenebrarꝫ. Portat vt doctor cādelabrū in q̄ ponēdum erat
ſue doctrine luminariū. Portat ⁊ clauē vt ſummꝰ ſacerdos ſu
ꝑ humerꝫ vt ingrediat̄ in ſancta ſanctorꝫ. ¶ Dn̄icus. Alta mi
hi huiꝰ ſpectaculi miſteria oppādiſti doctiſſima parēs: q̄ ſicut
intellectū illuminānt: ita etiā inflāmant affectū. Puto etiā dul/
Cur ſymō crucem portat — cē habere rōnem q ſymon ſyreneus hō gentilis crucē baiulat
poſt ſaluatorē ¶ Maria. In hoc facto ſignificat̄ q repulſa ſy
nagoga eccl'ia de gentibꝫ ab ipis humeris xp̄i crucē fuerat ſu/
ſceptura ⁊ in cruce vſqȝ in finē ſeculi ꝑmanſura. Verꝫ quia ſy/

mon obediēs interp̄taꝛ. Hi reuera crucē cū dn̄o baiulant qui
in ara obediētie quotidie ſe mactant. Sed miraris forſan cur
dn̄s xp̄s foras ciuitatē. foras muros mori delegerit ¶ Domi Cur extra ciui
nicꝰ. Ideo vt arbitror vt oſtēdat ꝟtutem ſue paſſiōis infra ter tatē xp̄s moriꝛ
minos iudaice gētis includendā nō eſſe Nō em̄ debet magnꝰ
redēptor ꝓuo p̄cio ſtare ꝯtentꝰ. ⁊ ideo ſicut copioſa: ita ⁊ pub
lica debuit fieri redēptio. Ad dextrā em̄ ⁊ ad leuā penetrauit.
et ſemē eius (vt ait ꝓpheta) gētes hereditabit. ¶ Maria. Bn̄
id arbitratꝰ es Tu q̄ꝫ ſi fructū voluerꝭ ꝯſeq̄ paſſiōis: egredere
extra caſtra. mūdū ꝑ affectū deſere et ſic porta improperiū eiꝰ
¶ Dn̄icus. Juſte me adhortaris diua parēs. ſed auxiliare ob
ſecro imbecillitatē meā. Veꝝ nunc ip̄m oīm doloꝝ articulum
attingamꝰ ¶ Maria. Quē tu illū dicturꝰ es ¶ Dn̄icus. Ego
hunc exiſtimo maximū illi fuiſſe dolorē cum nudꝰ ſuꝑ crucem
rex glorie ꝓiectus. mēbris omnibꝫ extēſus eſt: ⁊ clauoꝝ acule/
is manibꝫ pedibuſq̄ꝫ trāſfixus. ¶ Maria. Fateor veꝝ eſſe qḋ
dicis. Naꝫ in retro ſupplicijs nihil tale hactenus ꝑpeſſus eſt.
Ego quoq̄ꝫ dū huiꝰ tormēti remiſcor: nō me capio pre dolore
Malleoꝝ em̄ ⁊ clauoꝝ ſtridor mea nimis viſcera ſauciarunt.
Sed habes hic integrā totiꝰ veterꝭ hoīs medicinā. ¶ Domi
nicus. Quē tu veterē hoīem appellas ¶ Maria. Adā ⁊ ſuam Cur xp̄s ī cru
progeniē. Legiſti ne apud yſaiā. om̄e caput languidū ⁊ omne ce clauatus
cor merēs. A planta pedis vſq̄ꝫ ad verticē nō eſt in eo ſanitas
Nō hoc certe de nouo ſed de veteri adā debes accip̄e. Hūc er
go egrotū meꝰ filius vt ſanaret totū ſe aquis paſſionis īmerſit
Accepit em̄ vulnꝰ in capite vt intentōem (que aīe caput eſt) in
adā ſanaret. In manibꝫ vulneratꝰ eſt vt malas ⁊ remiſſas pur
get oꝑatōes. Pedes quoq̄ꝫ clauis obiecit vt terrenas ⁊ ſordi/
das in homine ſanet affectōes. Cor quoq̄ꝫ lācea poſtmodū eſt
tranſfixū vt noxias vanaſq̄ꝫ abigat cogitatōes. Toto deniq̄ꝫ
corꝑe extēſus ⁊ afflictus eſt vt totū corpꝰ noſtꝝ: hoc eſt vita ⁊
ꝯuerſatio nr̄a ſancta ⁊ lucida ſit nullaꝫ habēs tenebraꝝ ꝑtem.
Oculi eius tenebreſcūt in morte vt auerterenꝛ oculi nr̄i ne re/
ſpiciāt vanitatē. Aures eiꝰ multꝭ ꝯplenꝛ opprobrijs ne aures
nr̄e ad pauperꝝ clamorē obſurdeſcāt. Sic clemētiſſimꝰ medi/
cus vt morbidum nimis hoīem ſanaret: egritudinē eius in ſe

# Dyalogus Septimus

trāſſumpſit. vt dū ipe vulneraret̄ in corpe: hō lāguidus ſana/
ret̄ in mēte. ⁊ inde aīaretur ad vitā vn̄ vite dn̄s in mortē ſpōta
neā cōmigraret ¶ Dominicꝰ. Verba q̄ tu loq̄ris o feruētiſſi
ma lāpades ſt꞉: lāpades ignis atq꞉ flammaꝝ. Vere bn̄placitū
eſt dn̄o in pplo ſuo. Habemꝰ em̄ illū pontificē q̄ poſſit nō ſo/
lū ꝯpati infirmitatibꝫ nr̄is. ſꝫ etiā velit eas in ſe trāſferre. expia
re. mederi. Sed nunc ad erectū in cruce dn̄m oculos ſubleue
mus Quid ſibi vult rogo deuotiſſima ꝑgo: q꞉ deus īfinite ma
ieſtatis quē ptātes ⁊ dn̄ationes ꝯtremiſcūt/ in medio duoꝝ la
Cur int̄ latrones crucifixus tronū delegerit crucifigi ¶ Maria. An ignoras q꞉ ꝑmi parē
tes nr̄i pepigerāt fedus cū morte ⁊ pactū cū inferno ſubierant
Vidētes em̄ furē currebant cū eo. Hinc Yſaias ⁊ illoꝝ inobe
dientiā ⁊ ꝑfidiā notās: ꝑncipes inq̄t tui inobediētes ſocij furꝝ
Hanc ḡ impiā ſocietatē vt xp̄s diuelleret ⁊ ſocios nos faceret
angeloꝝ voluit vt latro ꝯprehēdi. ꝑ latrone barraba reproba
ri. ⁊ inter latrones crucifigi ¶ Dominicꝰ. O amabilē inclina
tōem: q̄ potēti hūilitate antiq̄ hoſtis ſupbiam xp̄s ꝯfundit Il
le conabat̄ in celū ꝯſcendere. xp̄s dignatꝰ eſt in cruce pēdere.
Ille eſſe voluit dn̄s angeloꝝ: xp̄s factus ē ſocius latronū Ille
nitebat̄ eſſe ſicut altiſſimus: xp̄s vt viroꝝ nouiſſimꝰ voluit eſti
mari. Ac ꝑinde vere digniſſimus vt in noīe ieſu oē genu flecta
tur celeſtiū. terreſtriū. ⁊ infernoꝝ. ¶ Maria. Fideli oculo iſta
ꝯtueris fili dn̄ice: ⁊ bn̄ tibi ſapit hūilitas dei tui. Vidiſti eiꝰ ꝑ/
fundiſſimā humilitatē. ꝯtēplare nunc dulciſſimā bonitatē q̄ ꝑ
ſuis inimicis cū lachrimis depcat̄ ¶ Dn̄icus. Eya ⁊ nūc flēs
recolo qūo ꝯfixus. extēſus. diſſipatꝰ ꝑ ipis patrē exorauerit di
cēs. Pat̄ ignoſce illis nō em̄ ſciūt q̄d faciūt. ¶ Maria. Hinc
Orat pro ſuis inimicis. ſatis aduertis q꞉ benigna ⁊ vere dulcis illa aīa fuerit q̄ tantis
amaricata doloribꝫ a pietatꝭ officio nō ſe potuerit ꝯtinere. Il
li furijs pleni clauos acriter infigūt: xp̄s cū lachrimis ipis ve/
niā depcat̄. Illi ſacrilegū caput an̄ crucē exagitāt: xp̄s eis ſuū
reuerēter inclinat. Illi letis vultibꝫ ſuas penas aſpiciunt: xp̄s
triſtiſſimo vultu illoꝝ īſanijs miſeret̄. Illi ſubſannātes irridēt
xp̄s ſup eos vbertim illachrimat̄. Illi īter latrones appēſuꝫ vt
ſceleſtiſſimū aſpnant̄: xp̄s eos q̄ſi inſontes pr̄i excuſare conat̄
¶ Dominicus. O aīam vere dulciſſimā q̄ in tāta boīm īſania

tā benignā indulgentiā exhibuit: ⁊ ꝓ nr̄is ꝑſecutoribꝫ exorare
nos docuit. Sꝫ vidi dn̄a qđ tu qꝫ ipſa vidiſti vultū pēdentis
Cur vultꝰ xp̄i meſtiſſimus.
fuiſſe triſtiſſimū ¶ Maria. Hec meſtitudo vultꝰ de aīmi mero
re deſcēdit. Multe nāqꝫ illiꝰ triſticie rōes Ego cruci eiꝰ geme
būda ⁊ meſta vehement' aſſiſtēs doloꝝ ſuoꝝ ꝑs magna fui. ma
gis eī meas qꝫ ſuas āguſtias dulcis filiꝰ deplorabat. Vidēs
ḡ mei cordis amaritudinē: videns qꝫ ſaluādoꝝ paucitatē: ⁊ de
tātis bn̄ficijs impioꝝ hoīm ingr̄titudinē tactus dolore cordis
intrīſecus meſtitudinē mētis vultu exteriꝰ demōſtrabat Veꝝ
huius triſticie gr̄a exhilarant' in oleo vultus nr̄i. ⁊ caput nr̄m
inūgimus: ⁊ faciē nrām aq̄ ſapīe ſalutaris diluimꝰ Hec triſti-
cia eternā a nob̄ meſtitudinē excludit: ⁊ ad gaudia māſura in-
tromittit ¶ Dn̄icus. Ecce audiui exultās huiꝰ abs te triſticie
rōem Veꝝ q̄d cauſe eſt obſecro ꝙ in q̄nqꝫ corpis ſui ſenſibꝫ tā
acrit' voluerit ꝯturbari. Aures eī eius hauriebāt opprobria
oculi ludibria. nares feda ſputamina. guſtꝰ acerba pocula. ta-
ctus ſpinaꝝ ⁊ clauoꝝ acumīa ¶ Maria. Laudo te q̄ dei tui ꝑ
Cur cū turbatꝰ pepēdit ſenſibus.
te patiētis tā exacte ſupplicia nūeraſti. At nūc hꝰ turbatōis ac
cipe rōem Niſi eī in ſuis ſenſibꝫ dn̄s turbaret': nūqꝫ poſſes tu
os ad trāquillā reducere pacē. Nūc ṽo ceſſat abs te vanꝰ pru
ritus auriū. ꝯcupiſcētia oculoꝝ. illicitorū tactuū delectatio. ci
boꝝ odoramētorūqꝫ voluptas Caſtificatis itaqꝫ ſub diſciplīa
ſenſibꝫ tuis h̄ magnū hēbis in ꝑmio vt in illo regno ſuꝑno deꝰ
tuo ſit lumē viſui. balſamū olfactui. roſa tactui. cythara audi-
tui. ⁊ mel guſtui ¶ Dn̄icus. Optīe me afficis benigna mr̄. ſed
Cur cū tm̄ ſuer berato corpe.
q̄d rōnis ꝯtinet illa ſui corpis vndiqꝫ fcā diſruptio. Pēdebat
eī ꝯciſſus vulnere ſuꝑ vulnꝰ ſaucius. diſſipatꝰ. rubricatus.
¶ Maria. Et tu ḡ dn̄ice nota (vt facis) h̄ rubrū reclamatoriū
Hn̄t eī aucupes eū morē vt cū aues venaticas ad manū cu-
piūt reuocare rubꝝ eis ⁊ cruore reſpſum reclamatoriū a longe
demōſtrēt Aues itaqꝫ eſcā arbitrātes ad nutū ſe reuocātis ad
uolitāt Peccāte ꝑmo parēte totū genꝰ hūanū de manu auola
uerat ꝯditoris. Sꝫ vt poſſet hō vagabūdus ⁊ erraticꝰ reuoca
ri: deꝰ vnigenitꝰ meꝰ ſanguīe ꝯſperſuꝫ ī cruce reclamatoriū ex
hibuit q̄ auolātes aīas ad ſe reuocauit. On̄dit eī cordiū vul-
nera cito poſſe ſanari q̄ ꝑ medēdis vulneribꝫ ſic vulneratꝰ fuit

¶ Dominic⁹. Ita eſt plane ſicut tu aſſeris. Libēter em̄ nos morbidi vulneratū amplectimur ſaluatorē vt aīa nr̄a reſartiatur ꝛ ſanitas ꝑmāſura donec. Sed q̄d ſibi vult rogo copioſiſſimus ille ſacri ſanguinis effluxus q̄ de manuū pedūq; vulneribus tāta vbertate deſcēdit

*Cur cū ſanguīneis vulnerib⁹*

¶ Maria. Legiſti ne q̄uō moyſes vaſa ſanctuarij ſanguīe reſpſit: qꝛq; in lege pene oīa in ſanguine mūdanť ꝛ ſine ſanguinis effuſione nō fit remiſſio. Sūmus quoq; ſacerdos ſemel in anno cū ſanguine introibat in ſancta ſcōꝝ. Hec oīa ſi volueris miſtica rōne diſcutere/facile repies cur ꝓpiciator generis humani ſanguinē ſuum voluerit in cruce diffundere. Hic ſanguis antiquā pr̄is irā mitigauit. angelos ad pacē reduxit. celos aperuit. tartara vacuauit. diabolū ꝯfregit. ꝛ toti⁹ mūdi peccata deleuit ¶ Dominic⁹. En iam licz nobis haurire aq̄s in gaudio ď fontib⁹ vulneꝝ ſaluatoris q̄ nō in ſanguine alieno ſz ꝑ ꝓprium ſanguinē introiuit ſel' in ſcā: vaſa ſanctuarij clemēter aſpgens: ſuo videlicz ſanguīe electorū animas repurgās. Atī aduerti p̄terea ꝙ in cruce pendens vnicus tu⁹ brachia ſua nimis indulgenť expandit.

*Cur cū expanſis brachijs*

¶ Maria. Bn̄ aduertiſti. ſz recole q̄ſo q̄uō olim adā inobediēs fugerit ꝑcula facie dn̄i irā veritus ꝛ vindictā. Ecce nūc dulciſſimus miſerator brachia expandit cupid⁹ fugientē recipe. ſuſceptū complecti. ꝯplexum deoſculari. Quātūuis magnus pctōr quis fuerit ꝯſideret pietatē brachia expādentis audiatq; vocē poſt tergū mouētis. Venite ad me oēs qui laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego reficiā vos. ¶ Dominic⁹. Suauē ſpirāt amorem ỽba que dicis miſcdie mater. ſed ꝛ puto eandē ſignificare clementiā ꝙ man⁹ pedeſq; ſinit ſpiculis trāſfigi. vt oſtēdat ſcz nolle ſe redeuntem peccatorem aut manib⁹ ferire: aut pedib⁹ repellere

*Cur cū ꝯfixis manibus*

¶ Maria. Bn̄ id exiſtimaſti Scito tn̄ culpam nunc manuū deleri q̄s ad poma noxia adā prim⁹ extendit. Ille em̄ digitos expādit ad lignū vetitū. xp̄s vero ad crucis ſuppliciū. vt noxiā vſurpatio/nē innocēs pena ꝯuelleret. Pedes ỽo ade ꝛ ſue ſobolis preſto erāt ad curſum mali opis quos dn̄s fecit in viā cōſiſtere mādatoꝝ dū ſuos pedes patibulo affixit vt iam clamare poſſit: pes me⁹ ſtetit in directo. ¶ Dominicus. Hinc plane nūc colligo ỽgo maria q̄uō vetus hō noſter cū xp̄o crucifix⁹ ſit vt deſtrua

tur corpus peccati vt vltra nō ſeruiamus pctō. Hinc etiā col
ligo quō triturat⁹ ſit moab in cruce ſub dn̄o ſicut terunt palee
in plauſtro: ⁊ extendit manus ſuas ſicut extēdit natās ad natā
dum. ſcꝫ in modū crucis. Manus em̄ diaboli ſub xp̄i manibꝫ
ſunt ꝯfixe. qꝛ ꝑ crucis mortē oīs ei nocēdi ptās ſublata eſt. Ex
poliauit q̄ppe vnigenitus tuus ꝓ̄ncipatus. et ptātes traduxit
libere: palam triūphans illos in ligno crucis Maria. Pru
dēter hoc tu miſteriū cōcepiſti. Qꝛ aūt vidiſti eū in cruce toto
corꝑe longe lateqꝫ diſtentū ideo id fieri benignus redēptor ſu
ſtinuit vt tu poſſes cōprehēdere cū oībus ſanctis q̄ ſit longitu
do. latitudo. ſublimitas. ⁊ ꝓfundū. Ut ſit lōganimis in aduer
ſis. latus in opibꝫ charitatis. ſublimis in ſpe eternitatis. imus
in timore humilitatꝭ: cū neſciat hō vtꝝ amore an odio dignus
ſit ¶ Dominicus. Intelligo miſteriū. Cupio tamē ꝓfundius
noſſe quid illa venaꝝ oīm acerba diſtēſio velit exꝓ̄mere. Naꝫ
ſicuti in cythara nerui: ita ⁊ in cruce ſaluatoris vene ꝓtenſe ſūt
¶ Maria. Placet qđ de cythara ſubinfers exemplū. Nā ⁊ cy
thara dauid q̄ demoniū a ſaule pellebat dn̄ice crucis typū exꝓ̄
mit. Nerui in cythara diſtēti ſuaue reſonāt: ita ⁊ dn̄s dulcē in
cruce cecinit melodiā. In hac cythara crucis ſunt ligna duo.
tres claui. ⁊ vene corꝑis locū obtinēt cordarū. Plectrū vero
lingua xp̄i eſt. quo ſeptem notulas interiori capiēdas auditu
deꝓmpſit. Ecce habes mi dn̄ice cythare exemplum qđ dediſti
¶ Dominicus. habeo fateor. Sed ſeptē illas notulas q̄ſo vt
audiam ¶ Maria Notula ꝓ̄ma fuit magne pietatis qn̄ me de
ſolatā virgini iohāni cōmēdauit dicēs. Mulier ecce filius tu
us. Secūda fuit mire charitatis: qn̄ in ip̄o oīm penaruꝫ feruo
re ꝓ ſuis deꝓcatus ē inimicis. pater ignoſcens ignoſce illis. Ter
tia notula eſt miſc̄dīe. hodie mecum eris in paradyſo. Quarta
cōpaſſionis dum corruptā in ꝓ̄mis parentibꝫ humanā natu
rā deplorat dicens. Deus meus vt quid dereliquiſti me. Quo
rum em̄ aſſumpſit naturam horum plangit ⁊ miſeriam. Quin
ta fuit notula deſiderij quod expreſſit dicēs. Sitio: ſaluteꝫ ſcꝫ
animarū. Sexta humilitatis ⁊ cōfidentie dicens Pater in ma
nus tuas cōmendo ſpiritū meum: omnē honorē patri tribuēs
nō defectum virtutis: ſed cōfidentiam inſinuat eiuſdem ſe eſſe

Cur eſt extenſis venis.

cum patre poteſtatis. Septima eſt notula perſeuerantie: vbi ait. conſummatum eſt. vt ⁊ nos oꝑa iuſticie vſqꝫ in finem conſummantes mortē in cruce cum domino ſortiamur. At nunc fili dominice quotiens te apprehendit humana tēptatio hanc cum dauid cytharam tange. et demonium abs te citius effugabis ¶ Dominicus. Probe admones chriſtifera virgo. nam et hoc ipſum yſaias pollicetur dicens. In tympanis et in cytharis ⁊ bellis precipuis expugnabunt eum. Sed quid eſt obſecro ꝙ dominus ieſus rauca et miſerabili voce in cruce pendens exclamauit. ¶ Maria. Adam olim territus ad vocem dei in paradiſo deambulantis ad auram poſt meridiem cōſcius ſue nequicie fugit ⁊ abſcondit ſe ⁊ ſub ficulnee folijs latitauit. Hunc ergo pauidum ad veniam cupiēs dominus animare voce lachrimabili ade ruinam miſeriaqꝫ deplangit dicens. deus meus quare dereliquiſti me Hanc vocē tranſgreſſor obaudiens de latebris exit cōſcientie ⁊ ad ſpem indulgētie refloreſcit. Atqꝫ ideo etiā hec vox alta ⁊ valida fuit: vt internā cordis ſurditatē diſrūperet: ⁊ almi ſpūs inſufflatiōem admitteret hō olim ad diuina ſurdus ⁊ inſenſibilis ¶ Dominicus. Multos (heu dolor) etiam poſt hunc clamorem ſurdos aſpicio: qui a veritate quidem auditum auertunt: ad fabulas aūt cōuertūtur. Sed hos dimittamus. tu mihi preſta beniga parēs vt audiam ego quid loquatur in me dominus deus. At nunc non ſine fletu meminiſſe poſſum lachrimarū dei mei in cruce plorātis. Nam ⁊ tu quoqꝫ gemens vidiſti exūdantiam fletuum ſuorum: cum tanqꝫ e duobus fontibus ita ab eius oculis lachrime ꝓſilirent ¶ Maria. He lachrime fili me ſepe in fletus maximos cōcitarūt. Plorans em̄ plorauit in nocte: in ſcꝫ iudeorū cecitate: ⁊ lachrime eius in maxillis eius. Uerum hic etiā animaduerte benigniſſimam propiciatoris tui clementiam. Spinis ſpiculiſqꝫ tranſfoſſus. et mille vallatus anguſtijs nihil horum memor: veſtras potius clades veſtras illachrimatur anguſtias. Nam filij adam a paradiſi ſedibus extruſi: ⁊ in hāc miſerie vallem proiecti: multis quotidie replentur ⁊ vicijs ⁊ miſerijs. ac tandem (quod omnium grauiſſimum eſt) hinc expulſi ꝑ mortem eternis incendijs immerguntur. At dominus ie-

Cur cū rauca et lachrimabili voce

Cur cū lachrimoſis oculis

ſuis filius meus miſertus ſuꝑ magnitudine mali: in hanc val/
lem miſerie vltro deſcēdit. et hominis miſerias in ſe recipiens
ſanguine ⁊ lachrimis expiauit. He lachrime igneas malarum
cupiditatum cathenas effringunt. he lachrime lapidea corda
ꝑmolliunt. he lachrime eternas ambuſtiones extinguūt: ⁊ re/
frigeria manſura conficiunt. ¶ Dominicus. Vere in indul/
gentia ſua (vt concinit yſaias) redemit nos legifer noſter ⁊ rex
noſter: ⁊ leuauit nos cunctis diebus ſeculi. Sed ve nobis fi/
lijs adam: qui hic ridemus ⁊ ludimus: ⁊ illudimus lachrimas
dei noſtri. Ipſe noſtras calamitates illachrimatur. ⁊ nos mo
re amentium freneticorum ſanos nos arbitramur: cum ſimus
miſeri et miſerabiles. ceci. languidi. vlceroſi. ¶ Maria. Com
prime parumꝑ dominice zelum tuum. et ſi quid aliud in cruce
vidiſti quod te permouet ediſſere. ¶ Dominicus. Mouit me
fateor facies illa pendētis. pallida. exanguis. macilēta. ¶ Ma
ria. Et me quocꝫ non mediocriter mouit. Vehementem ta/
men hic pallor amorem exprimit redimentis. Palleat omnis
amans (ait ethnicus quidam) color eſt hic aptus amanti. At
quoniam ſponſus ſponſam ſuam (eccleſiam loquor) vnice ad/
amabat: hunc amorem oſtendere voluit pallore vultus exeſa
cꝫ macie. ¶ Dominicus. Decet etiam hic pallor omnem ve/
re deum amantem chriſtianum: quem efficit et ciborum parci
tas: et ſtudij diſciplina celeſtis. Verum his lachrimis. his pal
loribus miſerator noſter ieſus chriſtus ſuſpiria iunxit. gemitꝰ
et ſingultus. qui de illius dulciſſimo diuino pectore erumpe/
bant. Tu mihi rogo chriſtifera virgo horum gemituuꝫ aſtrue
rationem. ¶ Maria. En et ipa nunc quocꝫ lachrimas retine
re non poſſum. Noueris tamen eandem eſſe rationem gemi/
tuum que et lachrimarum Tu noſti dicente yſaia ꝙ deus po
ſuerit in eo iniquitates omnium noſtrorum. Has itacꝫ ſuper
ſe recipiens contritione permaxima ſuſpirijſcꝫ et lachrimis pe
nitus expiauit. Non enim ſuffecit optimo propiciatori mun/
di peccata ſolis corporis tormentis ⁊ precioſi ſanguinis effu/
ſione delere: niſi etiam cordis dolores amariſſimos pro eis be
nigne aſſumeret et infinita contritionis amaritudine ſe macta
ret. Jam aduertis (ni fallor) que ſit hoꝝ ſingultuū propinqua

Cur cum facie pallida

Cur cū multꝭ gemitibus.

ratio. Tam ingēs em̄ ꝛ ꝓfunda fuit cordis eius cōpunctio vt
nō niſi ingemiſcere potuerit ꝛ lachrimari ¶ Dn̄icus. O viſce/
ra nūc dei noſtri qui ꝓ ſua creatura ingemiſcit ꝛ dolet: malitqꝫ
peccata noſtra cū ſua amaritudine expiare q̄ȝ iuſte punire. Sȝ
quid rogo cauſe eſt ꝙ ſe ſitire tā anxie ꝓclamauerit ¶ Maria.
Cur ſitiuerit — Sitis iſta cupiditatum tuarum ſitim extinguit: vt in reliquuȝ
ſitiat anima tua ad deū fontem viuum. q̄ȝ ꝑdite adam ſitiuerit
dei ſapiētiam ambiēs ꝛ maieſtatem tu ex geneſi ſatis id noſti.
Inde etiā ade ſoboles ſecū hanc ſitim quaſi funiculum trahēs
in modicis ſemꝑ illecebris exeſtuat Hanc ergo ſitim chriſtus
vt extingueret ꝛ melliſluos ꝑhennis dulcedinis fontes aperi/
ret ſitire voluit: ꝛ amaro fellis poculo fatigari. ¶ Dominic⁹.
Nunc ſatis intelligo hac ſiti atqꝫ hoc felle ꝑme matris vſurpa
ta ꝯuiuia: ꝛ dirā pomoꝝ eſuriem expiari. ¶ Maria. Bene in/
telligis. atqꝫ ideo etiā cum vnigenitus meus hunc potū ſum/
mis labijs attigiſſet dixit: cōſummatū eſt. oſtēdens ingluuiei
culpam acerbo felle terminatā ¶ Dominic⁹. Hoc poculū cū
accepiſſet dn̄s (vt oſtēderet ſe oīa ꝯſummaſſe) inclinato capite
tradidit ſpm̄. Rogo nūc te intemerata genitrix: ediſſere mihi
hui⁹ inclinatōis ꝛ mortis ſacramētū Maria. Qđ requiris
Cur cum incli nato capite — dn̄ice in ꝓmptu eſt Iſta hūilis diuini capitis inclinatio hūani
generis male erectā ſupbiam deꝓmit ꝛ deflectit. Ambulabāt
em̄ filij adā ꝯtra deū erecto collo: ꝛ pingui ceruice ſe armabāt
Sed miſericors atqꝫ hūilis xp̄s hanc ſupbiam ſanaturus ca/
put patri reuerēter īflectit. ita corꝑe vt corde ſe ſubmittēs. Op
tauerat ꝑterea olim ſponſa in canticis oſculari oſculo oris ſui
Quis ait mihi det te fratrē meū vt inueniā te foris ꝛ deoſculer
et iā nemo me deſpiciat. Tūc reuera foris frater xp̄s inuētus
eſt qn̄ extra vrbē eiectus in monte palā crucifixus ē. Oſculum
itaqꝫ diu q̄ſitū ſponſa ſuſcepit qn̄ xp̄s os porrigēs caput in lig
no deflexit. Caput etiā inclinat vt ꝑpeſſi ponderis oſtēdat gra
uitatē: vt ſuā nobis ingerat pauꝑtatem. vt de ꝯſummata paſſi
one patri exhibeat ḡtitudinē. ꝛ vt ad ſe clamantiū vota ꝓpiti⁹
exaudiret. Cur aūt mori voluerit nō opus ē vt ſollicit⁹ inq̄ras
cū certū hēas mortē eternā ſua morte cōuelli: ꝛ p⁹ vitā h̄ datā
gr̄e vitā illic ꝑpetuā reuelari ¶ Dn̄icus O ptīe te imbuēte pia

virgo refectus ſum. Nūc abs te didici oīa que cōſtat filiū tuū
aut egiſſe aut ꝑpeſſum eſſe: amorē. humilitatē. clementiā maxi
mā redolere. Atqꝫ in eandē credo venire dulcedinē ꝙ poſt ac
ceptā mortē lat⁹ ſuū militari lancea voluerit trāſpungi. vt ſcꝫ
ꝑ vulnus lateꝝ amor pateſceret cordis Nā et ipā lācea ad cor
vſqꝫ ꝓceſſit ‖ Maria. Nūc palā intelligis nō hēre filios adam
qđ querulent̃ paradiſi ſibi ianuā obſeratā eſſe Ecce alia illis ia
nua ptꝫ lōge illa dulcior. amenior. fructuoſior. Per hāc ingre
di pn̄t ad cor ſaluatoris. a corde ad aīam. ab aīa in diuinā cla/
ritatis abyſſum. vbi nō tꝑales ſed qui nō marceſcāt fruct⁹ ſua
uiſſimi decerpant̃. vbi ſerpēs deceptor null⁹ ꝑtimeſcit̃. vbi ne
mo aut expellit̃ aut ꝯtriſtat̃. In hac cauerna macerie quotiēs
tēptaris ingredere. illic abſcondere donec trāſeat indignatio.
‖ Dominic⁹. Delector (mihi crede) in verb̄ gr̄e que ꝓcedunt
de ore tuo. Nō iā fruſtra adā ſubter ꝯſuta perizomata ſe timi/
dus abſcōdat ab ira dei: hꝫ nūc aliud latibulū multo ſecurius
lat⁹ ſauciū ſaluatoris. Sed anq̄ꝫ ad ſepulturā dn̄i veniamus
oro te o ſanctiſſima vt me doceas q̄d tres ille cruces ſignificēt
in quibꝫ cū latronibꝫ eſt appēſus. ‖ Maria. Tres cruces tria
martyria ſtꝫ. maloꝝ ſcꝫ hoīm. penitentiū. ꝛ ꝑfectoꝝ ‖ Dn̄icus
Penitētes ꝛ ꝑfectos hoīes in cruce pēdere minime dubito. Sꝫ
q̄ pacto reprobi crucē habeāt nequeo ꝯprehēdere. ꝑſertim cū
ipſi letent̃ dū male fecerint ꝛ exultēt in rebꝫ peſſimis ‖ Maria
Ita ne excidit tibi qđ in libro ſapīe ipi de ſua cruce cōfitentur
Ambulauim⁹ aiūt vias difficiles: ꝛ in via iniq̄tatis ꝛ ꝑditōis
laſſati ſum⁹. Hieremias q̄ꝫ: vt inique agerēt inq̄t laborauerūt
Et yſaias. Impij q̄ſi mare feruens qđ q̄eſcere nō pt. Et ſapi/
ens. Semꝑ ꝑſumit ſeua ꝑturbata ꝯſciētia ‖ Dominic⁹ His
teſtimonijs ꝯtradici nō pt. Sed ipam crucē maloꝝ velim ag/
noſcere ‖ Maria. Supior ps huius crucis eſt ſupbia qua la
borant miſeri vt alijs dn̄ent̃ Inferior ps luxuria qua tanq̄ꝫ in
ſtercore volutant̃. Cōputreſcūt em̄ iumēta in ſtercore ſuo. De
xtrū cornu auaricia vt diuitie cū ſudoribꝫ acq̄rant̃. Siniſtruꝫ
inuidia vt de bonis alioꝝ crucient̃ ‖ Dominicus. Uidi mat̃
funeſtiſſimā crucē. ſed putabim⁹ ne eos ab hac cruce in para/
diſum ꝯſcendere ‖ Maria Imo ꝓo in infernū demergi: vt de

Cur xp̄s lat⁹ aperiri voluit

Cur tres cruces

cruce trāſeant ad crucē. ꝛ ab armis ferꝛeis incidāt in arcū ereū
Sed nūc alias duas cruces trāſeo breuiter. Crux penitentiū
hꝫ q̄ttuoꝛ coꝛnua. ſ. ꝯtritōem. elongatōem. ignoſcibilitatē. re/
ſtitutōeꝫ. Ab hac cruce in paradiſuꝫ cū iuſto latrone ꝯſcendit.
Crux ꝟo pfectoꝝ in q̄ xp̄s defigit hec hꝫ coꝛnua. timoꝛē. labo
rē. aduerſitatē. ꝯtēplatōem. Sꝫ cupis foꝛſan fructuoſiꝰ aliq̄d
de his crucibꝰ noſſe ¶ Dn̄icus. Cupio o mitiſſima ſi dignarꝭ
¶ Maria. Habes penes te dn̄ice tria q̄ te crucifigere oꝫ. ſpm̄.
carnē. ꝛ mundū Spm̄ cū xp̄o. carnē cū latrone dextro. mūdū
a ſiniſtris cū impio. Crux ſpūs eſt feruoꝛ deuotōis. cuius ſunt
coꝛnua. amoꝛ. ſpes. timoꝛ. ꝛ doloꝛ. Crux carnis rigoꝛ eſt diſci/
pline. cuius ſtꝫ brachia. vigilia. abſtinētia. aſꝑitas veſtiū. diſci
plina verbeꝝ. Crux ꝟo q̄ mūdus defigit eſt pauꝑtas ſpūs: cu
ius ſtꝫ coꝛnua. ꝯtēptus glie. pecunie. patrie. parētele. Habes
iam vt arbitroꝛ ſufficientē de his crucibꝰ inſtructiōem. Sed
queſo te mi dominice qui te aſſeris in cruce vidiſſe dominum
me quoqꝫ matrē eius ſub cruce aſſiſtere nō vidiſti Domini/
cus. Quid ni viderim o mitiſſima mater. Neqꝫ em̄ nūc q̄dem
eius poſſum viſionis ſine gemitu meminiſci. Uidi nēpe te ſub
cruce pallidā. exanguē. miſerā. deiectā. tremebūdaꝫ. ꝛ mille do
loꝛis gladijs trāſuerberatā. Cū vero ſaucius ꝛ extinctus recū
beret in ſinu tuo vnigenitus tuus aīaduerti te immēſis fletibꝰ
exundantē ꝛ plagas eius innūeris lachꝛimis diluentem Hec
dū cernerē ꝯpatiebant tibi oīa viſcera mea ¶ Maria. Ego dū
oportunū fuerit muneraboꝛ tibi pietatē iſtaꝫ. noueris tn̄ me in
paſſione filij typū eccl'ie tenuiſſe Hec em̄ cū ſpōſa ſit xp̄i ꝛ eius
ſanguine redēpta ꝛ redimita debet eius cruci aſſiſtere. lachꝛi/
mas doloꝛis effundere. ſinu pietatꝭ repauſare. vnguēto deuo/
tōis illinire. ſyndone caſtitatꝭ inuoluere. coꝛdis hoſpitio ſepe/
lire. ne peccatū introeat os ſepulchꝛi ꝑmunire. Facile em̄ xp̄s
amittit ſi pfidie reſerat ingreſſus ¶ Dominicꝰ. Nō ſegni aure
hec abs te pia virgo recipio. Sed nūc q̄ſo ad ſepulture miſte/
riū gradiamur. Neqꝫ ſine mira rōne eſt cur deus oīpotens et
maieſtatis immēſe crudeli moꝛte pfunctus lintheaminibꝰ vo/
luerit obuolui. ꝛ tanq̄ꝫ cadauer putridū cum moꝛtuis ſepeliri.
¶ Maria. Legiſti ne apō yſaiā dn̄m dicentē In indignatōe

¶ Cur maria ſb cruce. ꝛ in ſe/pultura.

¶ Cur dominꝰ ſepultus.

mea ꝑcuſſi te: ⁊ in recõciliatõe mea miſertus ſuꝫ tui. Grauí em̃
indignatõe adã ⁊ ſua ꝓles ꝑcuſſa eſt: qñ dictũ eſt eis. terra es ⁊
in terrã ibis. Verũ in recõciliatiõe magna dñs miſertus ẽ eis
qñ vt hanc ſententiã ſolueret in corde terre ipſe voluerit ſepeli
ri. Quid nũc murmurat hõ viuẽs: vir ꝓ peccatis ſuis. Ecce q̃c
quid deus hoĩ ꝓ ſcelere inſtituit ꝑferendũ miſcðia motꝰ vltro
ſuſtinuit: vt vſqꝫ ad miſerabilẽ deſcẽderit ſepulturã ¶ Dñicus
Incaleſco mater ex his q̃ tu loq̃ris ¶ Maria. Eſt tñ (vt idẽ aſ
ſerit yſaias) ſepulchrũ iſtud admodũ glorioſum. Nã iſte in tu
mulo dei ſopor a mortis ſomno corda mortaliũ excutit. hic ſo
por demonis ſuꝑ nos vigilantiã obdormiſcere facit. hic ſopor
ad vite grãm nos reſtituit. hic ſopor ad videndã dei gloriã cor
dis nobis oculos reſoluit. Nec vacat a magno ſacramẽto qꝫ
hoc diuinũ corpus iacet in tumulo multo vulnere ſauciũ. pon
deroſum. obſcurũ. ſpinis ſpiculiſqꝫ trãſpunctũ: vt tu haberes
in illa reſurrectõe corpus impaſſibile. mobile. ⁊ iſtar ſolis ſub
tile. ꝑſpicuũ. luminoſum. Noueris tñ nemini hãc gloriam tri
buendã: niſi qui veterẽ hoĩem xp̃o ꝯſepelierit: vt mortuus pec
cato viuat in deo. Et ſicut chriſtus ſurrexit in gloria patris ita
et ipſe ꝑambulet in nouitate ſpũs: nõ in vetuſtate morituꝛe car
nis Dominicus. Sacramentũ qð nũc aperuiſti o ſapiẽtiſſi
ma: vere magnũ ⁊ ſublime eſt. donet mihi tuis meritꝫ deus vt
ſicut que dixiſti potui intelligere. poſſim ⁊ ope cõplere. ⁊ pleno
corde diligere ¶ Maria. Ecce q̃ a me q̃ſiſti paſſionis miſteria
etſi nõ ad liquidũ om̃ia: que tñ pro tꝑe cõmodius dici poterãt
libẽter aperui. Verũ vt me tibi beniuolã fuiſſe ac munificam
gratuleris: in admirabile quoddã huius paſſionis lumẽ te in-
troducã: qð ⁊ oculos tuos illuſtret ⁊ affectũ vehemẽter inflã-
met. ſequere me ¶ Dñicus En ſeq̃r te q̃cũqꝫ ieris ¶ Maria.
Pulſa ad oſtiũ iſtud ⁊ ingredere ¶ Dñicus Ecce aperui ⁊ in-
greſſus ſuꝫ Maria. Quid tu vides ¶ Dñicus Video heus
rurſuꝫ ſaluatorẽ in ſua cruce pẽdentẽ Maria Nihil ne ãpli-
us vides ¶ Dominicꝰ En video ab eiꝰ vulneribꝫ ꝯſpargi luci
diſſimũ iubar qð mihi aciẽ mẽtis diuerberat. ⁊ internos ꝯfun
dit obtutus. Tu mihi rogo hãc refulgentiã tẽpera. ⁊ q̃d vide-
re debeam dignãter oppãde ¶ Maria. Hoc qð de crucifixo

Nota ſeptem hactenus incognita.

lumen egredit᷑ quorſuꝫ tēdit ¶ Dominicꝰ. Video illud in ſep
tē radios diffundi: ⁊ neſcio q̄ olim incognita cupe demōſtrare
¶ Maria. Aliq̄d vidiſti: at ne diutius te fatigē noueris in to/
to vniuerſo ſeptē hactenus res occultas fuiſſe hoī: quas hoc
lumine qđ de crucifixo pfluit ſole clariꝰ poterꝭ intueri ¶ Dn̄i
cus. Et que ſtꝭ obſecro hec ſeptē hactenꝰ ignorata ¶ Maria.
In hanc caliginoſam noctē dū verſaret᷑ genus humanū igno
rabat q̄d deus. q̄d ſpūs. q̄d mundus. q̄d ſuperꝰ paradiſus. q̄d
infernꝰ. quid pctm̄. quid v̄tus. At xp̄s dei filiꝰ (ſicuti nūc cer/
nis) ſeptē luci̇diſſimos de ſe ſpargit ardores quibꝫ hec intuēti
cognita efficiant᷑. Vis igit᷑ noſſe dn̄ice quid ſit deus. ¶ Dn̄i/
cus. Cupio dn̄a vehemēter. ¶ Maria. Aſpice in cruce ꝯfixuꝫ
dei filiū. Hic mōſtrat tibi deū eſſe inſcrutabil' ſapiētie qui hac
paſſione diabolū fefellit. Deū eſſe irrephenſibil' iuſticie q̄ pro
ſatiſfactōe iuſtū redemptiōis p̄cium req̄ſiuit. Deū quoqꝫ eē in
exhauſibilis miſcdie q̄ pro noſtris delēdis iniq̄tatibꝫ ſeipm̄ in
mortē tradidit. ¶ Dominicꝰ. Ecce te adoro digniſſime ⁊ dul
ciſſime redēptor. qui in hoc lumine paſſionis tuā mihi diuini/
tatē apire dignatus es. Nūc em̄ agnoſco q̄ ꝓ tua ſapiētia plu
rimū es admirādus. ꝓ tua iuſticia humilit' reuerendus. ꝓ tua
miſcdia dulciter amplexādus ¶ Ieſus. Accepto dn̄ice ⁊ gratā
habeo deuotōem tuā. At nūc ex mea paſſione cognoſce q̄d ſit
ſpūs rōnalis. Nā ⁊ hoc q̄ꝫ (vt mea mat' aſſeruit) hactenꝰ hoī
manſit incognitū. Trifariā nēpe ſpūs rōnalis diuidit᷑. Eſt ſpi
ritꝰ angelicus. ſpūs humanꝰ. ſpūs diabolicꝰ. Intellige nunc
ſpūs angelicus q̄ꝫ ſit benignꝰ qui me ſuū regē: ſuū gaudiū pro
humana ptulit ſalute ſpiculis cōfigi. Quam ſit humanꝰ ſpūs
dignꝰ et ſublimis ꝓ quo redimēdo amara voluerim morte de/
fungi. Quam ſit teter acerbꝰ et crudelis ſpūs diabolicꝰ cuius
neq̄ſſima ſuggeſtiōe in hac cruce defixus fui Dominicꝰ Hac
luce pfuſus mitiſſime dn̄e agnoſco ſcōs angelos eē ab hoīe di
ligēdos. humanos ſpūs ad iuſticiam imbuēdos. tetros v̄o to
tis niſibꝫ fugiēdos ¶ Ieſus. Vn̄ id agnouiſti. Verum nūc ex
mortis mee lumine aſpice q̄d ſit mūdus. Intuere q̄ſo mūdani
hoīes q̄ꝫ fuerint ceci q̄ me verā dei lucē agnoſcere noluerūt. di
lexerūt em̄ magꝭ tenebras q̄ꝫ lucē. Intuere etiā q̄ꝫ ſint ſteriles

# De miſterijs paſſionis xp̄i.

qui caduca ambiētes me q̄ſi inutilē ꝯtempſerūt. q̄ꝫ ſint repro/
bi ꝛ iniqui qui me deū glorie crudeliter perimerūt // Dn̄icus
At nūc video o mi dn̄e (qđ etiā flens dico) qm̄ vſqꝫ in hāc ho/
rā in ſecularibꝫ ꝑſonis he neq̄cie ꝑſeuerant. Nā te ſuū ꝓpicia/
torē nō reſpiciūt. tuos pacis ꝛ iuſticie fructus p̄ce nō ambiūt
et te rurſum ſuis iniquitatibꝫ crucifigūt Ieſus. Verū tu di/
cis fili dn̄ice. ꝛ hic ingens ꝛ aſſiduus dolor cordi meo: cū tā in
gratos ꝛ auerſos a me cūctos intueor Sed nūc ad quartū qđ
clauſum erat obtutus tuos defigito. Reſpice igitur quō mea
paſſio tibi aperit ſupnus q̄d ſit paradiſus. Nam ſi tormenta q̄
ꝑtuli diligēter inſpexeris videbis paradiſum faſtigiū eſſe totꝰ
glorie. ſpectaculū oīs leticie. ꝛ ꝓmptuariū infinite opulentie
// Dominicus. Tuo dono illuſtratus intelligo pietiſſime ſal
uator ꝙ in paſſione ideo volueris nouiſſimus hoīm eſtimari
vt nos ad faſtigiū glorie ſublimares. Ideo ſumme innocēs vo
luiſti vt reprobꝫ aſꝑnari: vt nos reos immēſa cū vultu tuo leti
cia ꝯpleres. Ideo tāta pauꝑtate q̄ ditiſſimꝰ es fatigari: vt tua
nos regni tui opulētia diuites faceres. Sed q̄s te quibit pro
hac tua charitate dignis efferre p̄conijs // Ieſus. Verꝫ nunc
fili dominice quintū (qđ neſciebat mūdus) infernus eſt. locus
vtiqꝫ plenus egeſtate ꝛ penuria. locus plenus vilitate ꝛ igno/
minia. locus plenus acerbitate ꝛ miſeria. // Dn̄icus. Certiſſi
me ita eſſe ꝯſidero. Nā vt a nobis dulciſſime miſerator auerni
egeſtatē excluderes: ideo pauꝑ. nudus. ſitibūdus in cruce de/
figeris. Vt a nobis inferni ignominiā remoueres, multis tu ꝓ
bris. vituperijs. ꝛ ludibrijs fatigaris. ꝛ vt gehēne eterna a no/
bis ſupplicia diuelleres: poſt innumera tormenta acerbiſſima
morte ꝑfungeris. Sed ve his q̄ poſt ꝯcluſa tartara rurſum ſu
is ſe illic iniquitatibꝫ immergūt Ieſus. Cōgratulor fili lumi
ni tuo: dignus q̄ duo reliqua olim ignorata cognoueris. Se
xtū itaqꝫ clauſum hoī eſt ipa virtus. Ex hac mea paſſione ag/
noſce qm̄ virtus eſt p̄cioſa. eſt ſpecioſa. eſt ꝛ fructuoſa. Eſt em̄
p̄cioſa. quia malui vitā amittere q̄ꝫ iuſticiā nō exeq̄: q̄ꝫ nō exhi
bere obedientiā. humilitatē. miſericordiā Eſt etiā ſpecioſa (qđ
tu quoqꝫ mea mater agnoſcis) cū videris eā relucere in cōtu/
melijs. in ludibrijs clareſcere. in tormentis victoriā obtinere.

# Dyalogus Septimus

Eſt quoqꝫ fructuoſa: quia tartara confregit. celos aperuit. pa
trē mitigauit. pctm̄ exploſit. ⁊ ꝑditum om̄e reſtaurauit ¶ Do
minicus. Hinc aīaduerto mitiſſime redemptoꝛ cū q̄to labo
re virtus a nobis ſit expetēda. adamāda. cuſtodiēda ¶ Ieſus.
Poſtremū qđ erat homini occultū ipm eſt neq̄ſſimū peccatū
Nūc prudēter fili aīaduerte q̄ꝫ deteſtandū ſit om̄e pctm̄. cū ad
eius expiatōem neceſſe fuit ꝯmitti tā graue piaculū poni tam
nobile preciū. tā difficile medicamentū. Habui em̄ ego crude
liter perimi vt poſſet pctm̄ in meis electis occidi ¶ Domini-
cus. Magna dignatio tua ſuauiſſime deus. Sꝫ ve nobis mi
ſeris q̄ poſt tam difficilē peccati expiationē tam libēter rurſuꝫ
pctis inuoluimur q̄ te dei filiū ꝯculcamus: q̄ ſanguinē tuū pol
lutū ducimus. q̄ ſpiritui grē cōtumeliā facimus. et veteribꝫ de
lictis noua q̄tidie cumulamus. Ex hac tua paſſione dn̄e ſicut
pctī magnitudinē ita ⁊ eius inexpiabilē penā agnoſcimus De
linquētibꝫ em̄ nobis poſt acceptā tante miſeratōis indulgētiā
iam nō relinquit̄ pro peccatis hoſtia. Nō ꝙ peccans ſi dolue
rit nō poſſit paſſionis tue adiutorio vti: ſed ꝙ rariſſime penite
at qui tantā gratiā ſupba ceruice ꝯtempſerit. Sed nūc habeo
immortales grās dignationi tue piētiſſime ſaluatoꝛ. q̄ me tua
paſſione redemiſti. qui tuo me lumine irradiaſti. q̄ vniuerſaleꝫ
rerū omniū noticiā mihi clariſſimā tribuiſti. Tibi quoqꝫ mi-
tiſſima parēs grates refero ſempiternas: que mihi paſſiōis hu
ius miſteria aperuiſti. que me in hanc lucis gloriā intromiſiſti
et vnigenitū tuū mihi tam ꝓpicium ⁊ beniuolū effeciſti. Sed
queſo te vt mihi hic tecū liceat ꝑmanere. nam bonum eſt mihi
hic eſſe ¶ Maria. Maioꝛa tibi mi dominice et ſublimioꝛa (ſi
iuſte vixeris) p̄parantur. Interea tu nunc ꝑge ad fratres tuos
et quod in hoc cōclaui clam vidiſti palam cūctis ediſſere. et lu
mine quo plenus es alios illuſtrare conſueſce. Sicuti em̄ ma
ledictus eſt qui frumenta abſcondit in populis: ita et qui lumē
occultat in tenebris. Perge ergo ⁊ quod in aure audiſti predi
ca ſuper tecta ¶ Dominicus. Faciam quod hortaris. At nūc
dulciſſima virgo optime vale: ⁊ me tuo vnigenito chariſſimū
redde. ¶ Maria. Et tu fili dominice vale. ⁊ noſtri in te benefi-
cij memorem fac.

¶ Finit dyalogus de miſterijs ſacre paſſionis chriſti: et per conſequēs totus liber iſte ( qui viola anime inſcribit ) in ſeptē diſtinctus dyalogos. Colonie Impēſis honeſti viri Henrici Quentell fauſtiſſime iam pmo Impreſſus. Anno natalicij ſaluatoris noſtri. M.cccc.xcix. Die.xxix. mēſis Maij.

# Epygramma ad librum.

Inter honoratos: nulla formidine: libros
  Sume ſed exiguum parue libelle locum.
Ne vereare libris multo maioribus addi
  Corpore: plus iuſto: ſis licet ipſe breuis.
Grandia p modicis cedunt nam ſaxa lapillis
  Et preſtant magnis ſepe puſilla bonis.
Fertilis es verbis ad opus mediocre redactis
  Sed vires: veluti grana ſinapis habens.
Debueras igitur minime pregrandis haberi:
  Ne premeret dominum ſarcina forte tuum.
Nanqȝ domi vt reliquis tibi non recubare licebit
  Sed poſſeſſorem: quo velit ire: ſequi.
Optima nanqȝ doces captuqȝ facillima queqȝ
  Ac iter in celum quo ſibi quiſqȝ paret.

¶ Finis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF



¶Ad beatam Annam Carmen.

Hic effunde preces deuote poplite flexo
  Anna parens vbi cum prole beata ſedet,
Ne dubita capies quicquid rogitaueris ipſam
  Nanqꝫ potens precibus iugiter Anna nitet,
Nullius Anna preces vnq̃ꝫ dimiſit inanes
  Sed tulit optatam candida ſemper opem
Ergo piam matrem multo cumulemus honore
  Nullius vacuas que ſinit eſſe preces,
Anna parens ieſu chriſti genitricis aueto
  A nobis petimus omne repelle nephas.


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007